



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Metropolitanae Coloniensis Ecclesiae Statuta Provincialia, ab anno  
MCCXXV usque ad annum MDXXXV, à diversis Archiepiscopis edita, & in  
Conciliis Provincialibus recepta; quorum Index ibi praefixus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

X E D I  
M V A T U T A T S  
S A N C T A E  
M E T R O P O L I T A N A E  
C O L O N I E N S I S  
E C C L E S I A E  
S T A T V T A  
P R O V I N C I A L I A,

Ab Anno Christi M C C X X V,  
usque ad Annum M D X X X V I,

A diversis Archiepiscopis edita & in Conciliis  
Provincialibus recepta.

I N D E X  
S T A T U T O R V M  
P R O V I N C I A L I V M  
C O L O N I E N S I V M.

- I. Concilium, habitum in Alemania, sub Conrado Cardinale Portuensi, Legato Apostolico, ad inclitam nationem Alemaniae, anno Domini M C C X V.
- II. Statuta Provincialia Domini Coronati, Archiepiscopi Coloniensis, de anno Domini M C C L X.
- III. Statuta Provincialis Concilii, Domini Henrici, Archiepiscopi Coloniensis, de anno M C C X.
- IV. Concilium Provinciale ejusdem Domini Henrici, habitum anno Domini M C C X X I I , in quo Diocesana Statuta D. Engelberti, Archiepiscopi Coloniensis, facta sunt Provincialia.
- V. Insinuatio seu executio Mandati Apostolici, de vita, habitu & honestate Clericorum & Monachorum, facta per D. Wilhelmm, Archiepiscopum Coloniensem, tanquam Metropolitanum, Domino Iohanni, Episcopo Osnabrugensi, anno Domini M C C C L X .
- VI. Statuta Provincialia Domini \* ad. Theo Theodori, Archiepiscopi Coloniensis, de anno Domini M C C C X X I I I .
- VII. Ejusdem Confirmatio Constitutionis Caroline.
- VIII. Ejusdem receptio & comprobatio Statutorum Provincialium Nicolai Cusani Cardinalis, de anno M C C C C L I I .
- IX. Canones Concilii Provincialis Colonensis, celebrati anno Domini M D X X X V I . tacetur nomen ipsi Hermanni, quia is decennie post defunctus a fide huic concilio depositus fuit.

C O N-

# C O N C I L I V M,<sup>65</sup>

HABITVM IN ALEMANIA,

S V B

## C O N R A D O

CARDINALI PORTVensi,

LEGATO APOSTOLICO,

AD INCLYTAM NATIONEM ALEMANIÆ.

**C**ONRADVS, Miseratione  
Divina, Portuensis & S. Rufi-  
næ Episcopus, Apostolicæ Se-  
dis Legatus, universis Christi  
fidelibus, ad quos præsens Scri-  
ptum pervenerit, salutem in Christo Iesu.

### I. De continentia Clericorum.

**L**icit multa, super continentia Clerico-  
rum, sanctorum Patrum hactenus emanava-  
erint instituta; quia tamen adhuc nonnulli  
Lucæ 12.  
Levit. 11.  
19. & 20.  
I. Petri. 1.  
Matt. 20.  
Psal. 68.  
Ioan. 2.  
Ex gene-  
rali Conc.  
e. us Clae-  
rior. de  
rata &  
bonet.  
Clericor.  
accipimus, non præcingunt, in animæ sua pe-  
riculum & scandalum plurimorum, non at-  
tendentes quoniam scriptum est: Sancti esto-  
te, quoniam ego sanctus sum Deus vester:  
Nos, qui nunc demum circa horam undeci-  
mam missi sumus; ut nocua de vinea Domini  
Sabaoth, ex officio nobis injuncto, quantum  
ipse dederit, extirpemus, quia zelus nos co-  
medit Domus ejus; hujus facri approbatione  
Concilii duximus statuendum. Præcipimus  
igitur, ut Clerici continenter & caste vivere  
studeant univerxi, & maxime in Ordinibus  
sacris constituti, quatenus in conspectu Dei  
omnipotentis, puro corde & mundo corpore,  
valeant ministrare.

### II. De paenitentia Concubinariorum Clericorum.

**S**i quis autem Clericorum deinceps fuerit  
deprehensus incontinentiae vitio laborare,  
detinendo publice Concubinam; nisi, post  
admonitionem Canonicam, illam à se prorsus  
expulerit, ex tunc tam Beneficio quam & Of-  
ficio spolietur. Si vero nec sic factorem suæ  
libidinis curaverit evitare, quia crescente con-  
sumatia crescere debeat & pena, Anathema-  
tis sententia feriatur. Qui verò, obsecenis  
voluptatibus inhantes, Concubinas usque ad  
hæc tempora publice tenuerunt, ne delictum

præteritum transeat impunitum, eos sub pœ-  
nitentiam duximus redigendos; ut, si Cano-  
nicæ fuerint, quadraginta diebus in Claustris  
suis in Quadragesimali cibo jejunent. Si au-  
tem hæc agere contemperint, Præpositis &  
Decanis & Capitulis Ecclesiæ sub Anathema-  
tate prohibemus, ne Præbendarum fructus  
eis ministrarent, neu ad Chorum vel ad confor-  
tium Capituli eos admittant, nisi incepta dicta  
Pœnitentia & peracta, & præstito juramento,  
quod eas ulterius non resumant. Qui vero  
remotas resumere præsumplerint, decrevi-  
mus, eos Beneficiis esse privatos; ut illi, ad  
quorum collationem eorum Beneficia perte-  
nent, ea idoneis personis assignent intra tem-  
pus in Generali Concilio comprehensum.  
Alioquin proximus Superior ex tunc ea stu-  
deat assignare. Si vero Decani, vel alii eorum  
confratres, excessum eorum scientes dissimu-  
lare præsumplerint, eos denunciamus Excom-  
municationis vinculo subiacere.

Beneficia  
ex hac  
privatio-  
nis causa  
vacantur,  
per Ordin-  
arios col-  
latores  
conferen-  
da.

### III. De scortatoribus Clericis Ruralibus.

**D**E Clericis Ruralibus Concubinariis ex-  
pressus rigor superius observetur: quo-  
rum Archidiaconi, si eos in iniquitatibus vo-  
luerint confovere, vel eorum dissimilare ex-  
cessus, sciant, ab officio se suspensos: & si in  
suspensione permanerint, eos præcipimus per  
Episcopos suos à Dignitatibus removeri: que  
Dignitates per eosdem Episcopos, vel alios ad  
quos eorum spectat collatio, Personis idoneis  
assignentur.

Archidia-  
conorum  
negligen-  
tia quo-  
modo pu-  
nienda.

### IV. Quam paenam Iudex Ecclesiasticus, quem præpropere excommuni- cans, incurrat.

**Q**VANTAE temeritatis & præsumptionis exi-  
stat, quod, qui servare debent Canoni-  
cas sanctiones, in quibus aperte continetur

F 3                   quod

e. i. de  
sentent.  
excom.  
in 6.

quod nullus aliquem sine rationabili causâ excommunicare præsumat, eas frangere non formidant, plures, non animo Iustitiae, sed li-  
vore odio vel favore Adversariorum, Excom-  
municationis vinculo innodantes; nullus pror-  
sus ignorat. Quare firmiter prohibemus, ne in aliquem Excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione præmissa, &  
præsentibus personis idoneis, per quas, si ne-  
cessere fuerit, possit probari admonitio, pro-  
mulgare præsumat: &, si Prælatus contra hoc  
fecerit, & admonitus errorem suum non re-  
vocaverit, per mensum ab ingressu Ecclesiæ  
sit exclusus.

V. Clericos, fructus Præbendarum sua-  
rum, Concubinis & Spuriis suis te-  
stamento relinquare non posse.

**A**D abolendam de Domo Domini con-  
suetudinem, vel potius corruptelam seu  
temeritatem, qua Clerici (qui signum pudici-  
tæ debent ostendere Laicis, quibus positi  
sunt in exemplum,) in argumentum suæ fina-  
lis impenitentia, fructus Præbendarum sua-  
rum, Concubinis vel Spuriis suis legant in ult-  
ima voluntate; contra eos rigor Ecclesiasti-  
cus exerceri debet. Quare sub Anathemate  
prohibemus, ne de cætero Clerici, gratiâ te-  
standi abutentes, cum de rebus Ecclesiæ nul-  
lum possint condere testamentum, fructus  
Beneficiorum Ecclesiasticorum spuriis suis vel  
Concubinis suis dimittant. Qui vero contra  
hanc Inhibitionem venire præsumperint, in  
signum suæ perditionis, Ecclesiastica careant  
sepultura: quibus taliter fructus legantur, eis  
careant, ipso jure. Qui autem testamentum  
tale manutenere voluerint, & per quorum ma-  
nus Personis illis fructus Præbendaæ fuerint  
ministrati, ipso facto sciant se Excommunica-  
tionis vinculo innodatos. Et quamdiu fructus  
hujusmodi contra hanc Institutionem ipsi-  
ministrati fuerint, Ecclesia ipsa sit sub Inter-  
dicto posita.

VI. De Clericis excommunicatis vel su-  
spensiis, divina celebrantibus.

Deut. 17.

I Cor. 5.

**C**Vm scriptum sit in Lege veteri, quod,  
quicunque non obtemperasset Sacerdoti-  
bus, aut, extra castra positus, lapidaretur à  
populo, aut, gladio cervice supposita, expiaret  
cruore contemptum; & in Primitiva Ecclesia  
inobedientes cuncti de Ecclesia rabido ore  
dæmonum traherentur: multi, nomine Sacer-  
dotes, Censuram Ecclesiæ contemnentes, ex-  
communicati vel suspensi à Prælatis ipsorum,  
exigentibus culpis suis, & immemores, quæ  
Episcopis & Prælatis Clavium Regni cælestis  
collata sit potestas; atrectare sibi interdicta  
Mysteria non verentur: contra quos rigorem

Ecclesiasticum volumus exerceri. Statuimus  
igitur, ut tales, sine spe Restitutionis, ab Offi-  
ciis & Beneficiis deponantur, & infames &  
intestabiles sint; & de cætero ad Beneficia  
Ecclesiastica nullatenus admittantur, nisi, per  
pœnitentiam approbatam & conversionem  
laudabilem, Sedis Apostolicæ gratiam merue-  
rint obtinere.

VII. De Clericis, coram Excommunica-  
tis, celebrantibus.

**P**Ræterea sunt nonnulli, qui crassam præ-  
tendentes ignorantiam, (quæ, cum non ex-  
cuset a culpa, nec eos a pœna poterit excusa-  
re,) coram his divina celebrare prælumant, qui  
Excommunicationis vinculo sunt innodati,  
dicentes quod eis Excommunicationis nec per  
literas nec per nuncios fuerit nunciata; cum  
ipsi Excommunicati impedianter sepe ne possit  
ad eos Denunciatio vel Citatio pervenire, vel  
malitiose eam occultant: &, cum talis sit me-  
rito contumax censendus, statuimus, ut, post-  
quam tales Excommunicati fuerint, & in vi-  
cinis locis publice denunciati, Sacerdos, qui  
coram eis celebraverit, simili pœna puniatur.

VIII. De publicandis Excommunicatis  
per Episcopos.

**S**I Episcopus aliquem Excommunicaverit  
certa de causa, denunciet vicinis Episcopis  
per suas patentes literas, ut Excommunicatum  
denunciari faciant & evitari: & tunc, sine dif-  
ficultate aliqua, vicini Episcopi, Excommuni-  
catum, faciant publice denunciari, & in Diœ-  
césibus suis arctius evitari. Si vero Episcopi  
fuerint negligentes, & Excommunicatis scien-  
ter communicaverint, tam diu Cathedralium  
Ecclesiarum Canonici eis non communicent,  
quam diu huic salubri sanctioni contempne-  
rint obedire.

IX. De Patronis Laicis, Clericos ad  
Ecclesiæ Simoniaco præsentantibus.

**Q**UONIAM, in quibusdam locis Alemaniæ,  
fundatores Ecclesiarum, vel hæredes  
ipsorum, potestate (in qua eos Ecclesia huc  
usque sustinuit) abutuntur, partem decimarum  
vel aliarum obventionum Ecclesiasticarum, in  
quibus Ius obtinet Patronatus, sibi retinen-  
tes ex pacto, repræsentant Clericos ad eas-  
dem: huic vulneri cancroso & Simoniaco,  
censuræ ferrum apponimus; decernentes, ut,  
ex quo constiterit, Patronum hujusmodi flagi-  
tium perpetrasse, Anathemate feriatur, &  
ejus terra supponatur Ecclesiastico interdicto,  
donec Ecclesiam liberam cum suo Iure dimit-  
tat; salvo Iure Patronatus; quod eis de misé-  
ricordia reservamus, qui possunt per Iuris ex-  
cusiari ignorantiam.

X. De

X. *De Clericis, Simoniace representatis.*

**Q**ui vero, cæca cupiditate ducti, taliter à Patronis præsentationem receperint, Officio Beneficioque priventur, nec ad Beneficium vel aëtus Ecclesiasticos admittantur, nisi cum eis per Sedem Apostolicam fuerit dispensatum.

XI. *De Episcopis & Archidiaconis, Clericos, Simoniace presentatos, instituentibus.*

**E**piscopi vero & Archidiaconi, qui talibus scienter curam animarum commiserint, ab Institutione & collatione perpetuo sint suspensi. Statuimus etiam, quod nullus Clericus ad Curam Animarum ab Episcopo vel Archidiacono admittatur, nisi prius juraverit, quod nullam in adeptione Beneficij, ad cuius curam præsentatur, commiserit Simoniam.

XII. *De Ecclesiis, non per Mercenarios, sed Pastores, aut saltē Vicarios perpetuos, regendis.*

**Q**via enormis quædam consuetudo in quibusdam Alemaniæ partibus contra Canonicas sanctiones invaluit, ut ponantur in Ecclesiis conductitii Sacerdotes Vicarii temporales; ne id fiat de cætero, Autoritate Legationis, qua fungimur, omnibus modis inhibemus. Sed, cum Vicarius poni debet & potest, perpetuo instituatur, idque assensu & autoritate Dioecesani & Archidiaconi loci illius: nec Episcopus vel Archidiaconus talem instituat, nisi eis de bonis Ecclesiæ coram eo tantum fuerit assignatum, unde Iura Episcopi ac Archidiaconi possit persolvere, & congruam & sufficientem suffitentationem habere.

XIII. *De committentibus incestum cum Sanctimonialibus & Canonissis; & de ejusmodi sacris virginibus pollutis.*

**L**icit, contra nefandos insidiatores sacrarum Virginum pudicitæ, pœnæ gra-

vissimæ sint institutæ, tam Canonice quam Legales: quidam tamen, relaxatis voluptatum habenis, in lacum miseriae & in lutum fecis se immergunt, ut salutis æternæ coronam, honestatis normam, earumque pudicitiam, interpellare præsumant. Contra quos nervum Rigorist apponimus; statuentes, ut, quicunque pudicitiam Sanctimonialium cuiuscunq; habitus, a fu sacilego solicitare præsumperit, ab Officio si Clericus fuerit, si Laicus à perceptione Corporis Domini, noverit se suspensus. Qui vero sacrilegium vel temerarium carnis commercium cum talibus habuerit, ipso facto Excommunicationis sententia se noverit innodatum. Sanctimonialis vero seu Canonica, quæ hujusmodi crimen flagitosum perpetraverit, ulterius ad Officium aliquod in Monasterio nullatenus admittatur; sed, in signum iniquitatis suæ, ultima tam in Clauistro maneat, quam in Choro.

XIV. *De his Constitutionibus Concliaribus publicandis.*

**Q**uoniam memoria hominum dilabitur cum tempore dilabente; ne quis ex nostrarum Constitutionum ignorantia velamen in posterum excusationis assumat; in virtute sanctæ Obedientie, & sub poena Excommunicationis, diffriterè præcipimus, ut Archiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi & Decani, in suo singuli Concilio, annis singulis celebrando, eas publicari faciant & servari, pœnam transgressoribus infligendo. Quas etiam Abbes & alii Ecclesiæ & Monasteriorum Prælati conscribi facient, & in suis Capitulis frequentius publicari, ut tam ab ipsis, quam a suis subditis, inviolabiliter observentur. Acta sunt hæc Anno Domini millefimo ducentesimo vigesimo quinto, quarto Idus Decembris.

S T A T V T A  
D. C O N R A D I ,  
A R C H I E P I S C O P I .  
C O L O N I E N S I S ,

In ejus Concilio Provinciali edita ,  
Anno Domini M C C L X .

C A P I T V L A S E V R V B R I C A E .

<i>De manifesta cohabitatione Clericorum &amp; mulierum.</i>	1	<i>ad Altare , &amp; de Canonicorum comedendi &amp; dormiendo modo.</i>	3
<i>De manifesta Clericorum negotiatione.</i>	2	<i>De Campanariis &amp; Custodibus.</i>	7
<i>De insufficientia scientiae , quæ est illiteratura , Clericorum.</i>	3	<i>De Decanis , Scholasticis , Cantoribus &amp; Canoniciis.</i>	8
<i>De Tonsura Clericorum.</i>	4	<i>De Capellaniis Regalibus , Episcopaliis , &amp; Prepositorum ; &amp; qui non debeant esse ejusmodi Capellani.</i>	9
<i>De Clericis Simoniacis.</i>	5	<i>De Pistrinis Ecclesiistarum.</i>	10
<i>De Clericis irregularibus.</i>	6	<i>De Praepositis &amp; eorum Capitulis , qualiter erga se invicem habere debeant.</i>	11
<i>De dormitoriorum . De lectura Tabulae Capitularis . De Lunationibus &amp; Kalend. De memorii defunctorum , &amp; divino officio pro eis faciendo ; &amp; de modo eundi in Capitulum , agendique &amp; procedendi in eodem . De ordine ministrantium</i>		<i>De Electionibus Capitularum.</i>	12
		<i>De immunitatibus , &amp; muris earum.</i>	13
			14

S T A T V T A  
D. C O N R A D I  
A R C H I E P I S C O P I  
C O L O N I E N S I S .

*In Nomine Domini , Amen.*

**N**O S Conradus , Dei gratia sanctæ Colonensis Ecclesiæ Archiepiscopus , Sacri Imperii per Italianam Archicancellarius ; in agrum Domini , curæ Nostræ commissum , de Mandato Apostolico his diebus per ostium Visitacionis ingressi , plura in ipso , quam utique credebamus , offendiculorum invenimus zizania diversorum . Si enim mala opera conversationis , & scandala perversitatis , in Clero , recte zizania sunt censenda ; incepti super hoc propositum negotii prosequamur ; imprimis quidem extirpando radicibus vitia , ut deinde virtutum germen laudabile , unde fructus salutis proveniat , in-

*Visitatio  
per D.  
Conra-  
dum fa-  
cta.*

*Zizania  
scandala  
que dan-  
tur à  
Clero.*

seramus . Cum igitur ista bonorum plantatio germinum , & extirpationes vitiorum , in agrum Domini absque correctionis remedio fieri non valeat ; opportune , secundum qualitates & modos excelluum , correctionis Canonicae modos providimus adhibendos . Sane , cum ea , quæ Nobis genera diversorum offendiculorum visitantibus occurunt , in aliquibus Clericorum sint ista , & fere maxime in eorum compluribus uitata : Manifesta cum mulieribus cohabitatio ; Habitus Clericali incongruous disciplinae ; in nonnullis quoque eorum Negotiatio detestanda ; & Insufficientia scientia (quæ est illiteratura) in multis , quos Clericos solum nomine , non re , recta consideratione censemus ; & præter hæc , aliqua alia in nonnullis eorum occurunt , habentia notam labis Ecclesiasticæ : De manifesta mulierum cohabitatione notatis , ita secundum Canonicas præcipimus sanctiones .

I. *De manifesta cohabitatione Clerico-  
rum & mulierum.*

C Vm enim manifestos mulierum cohabi-  
tatores seu Concubinarios censemus ,  
non

*In Clericis  
porissi-  
mum 4  
scandalis  
sunt.*

*Inconti-  
nentia.  
Indecent  
habitu.*

*Negocia-  
tio secula-  
ris.*

*Insidia.*

*Manifesti  
Concubini-  
narii qui.*

*Focaria  
Concubini-  
na dicitur.  
sive ea C. de  
conditi, in-  
fertis.*

*Quid a-  
gendum  
Decanis  
contra  
Concubini-  
nas Cleri-  
corum.*

*Vide infra  
Vuichbol.  
cap. 5.  
Clericis  
non licet.  
Liberis  
suis spuriis  
res ab Ec-  
clesia pro-  
venientes  
legare.*

*Clerici ne  
suerum li-  
berorum  
nuptiis in-  
terficiunt.*

*Carceralis  
disciplina  
infingenda  
negotiatori-  
bus Cle-  
ricis.*

non solum eos qui in suis domibus tenent Concubinas, verum omnes generaliter, eos etiam qui mulieres focarias, extra domos suas manentes, suis manifeste procurant sumtibus & sustentant: De his ita præcipimus, quod tales, inde in Visitacione Nostra notati, cesserent de cetero à talis peccati commercio, &, in pœnam commissi excessus, intrent carcerem Canonicalis disciplinæ, illum servaturi secundum morēm & consuetudinem disciplinæ, ha-  
ctenus observatae. De his autem mulieribus ita præcipimus, quod, si intra immunitatem (quod absit) fuerint comperta manentes, vel prope immunitatem, Decani Ecclesiarum per Excommunicationis sententiam ipsas ad recessum compellant; ipsique nihilominus Decani eas ad suos Plebanos deferint, recepturas ab eis vel aliis boni confiliis (quoad remedia animarum) viris penitentiam salutarem.

Quia vero supradicti cohabitatores mulierum Clerici, patrimonium Iesu Christi in usus malos, cum suis peccando focaris, expendent, eos proinde teneri ad satisfaciendum Ecclesiæ, cuius bonus taliter in suis concupiscentiis & peccati illecebris sunt abusi, decernimus; & satisfactionis istius modum Nobis reservamus, secundum canonicas sanctiones.

Et, quia idem Clerici, sicut de multis eorum comperimus, ita hujus peccati pernicioſa nimis affluefactione excæcati, in eo persistere, usque ad vitæ etiam suæ novissima, non verentur, in tantum, quod in extremis agentes, si quid de bonis Ecclesiasticis habuerint, ea pueris suis legant & deputant, non contenti quod inde in vita sua eos aluerant, & sic fraudant Ecclesiæ Iesu Christi patrimonio, sequemet ipsos culpæ magis illaqueant coram Deo: taliter abusionem damnabilem detestando damnamus, & fieri de cetero distictissime prohibemus.

Item, ut ipsi Clerici (qui malam utique vitam in hujus cohabitationis criminè agunt) à mala fibi saltē fama coram hominibus & toto Clero, de improperiis nimis detractione, præcaveant; ipsi sub distictione firmissima prohibemus, ut nuptiis filiorum suorum & filiarum personaliter non intersint. Et in his nuptiis, quantum omnino potest, vitetur pompa & solemnitas nuptialis.

## II. De manifesta Clericorum negotiatio.

VM Negotiatio in Clerico, & usura in Laico, quasi esse unius generis censeantur; ita præcipimus, quod cesserent de cetero à talis peccati malitia, &, in pœnam commissi excessus, intrent canonicalis carcerem Disciplinæ, secundum quod superius est expressum. Quia vero isti turpis avaritiae sectatores, non Deo sed Mammonæ lucrifacere elegerunt,

&, malis inhibendo lucris, Christi similiter patrimonio & bonis Ecclesiasticis sunt usi illicite & indigne: eos proinde teneri ad satisfaciendum Ecclesiæ, in cuius non fideliter, sed fraudulenter potius, negotiati sunt bonis, decernimus; & satisfactionis istius modum secundum sanctionem Canonicam Nobis referavimus.

## III. De insufficientia scientie, que est illiteratura, Clericorum.

Item de Clericis, de insufficientia doctrinæ, *Inscitia.* que est illiteratura, notatis, sicut de omnibus scientiam eminentem non requirimus, sed quod sciant legere & cantare ad Divini Officii ministerium competenter; ita præcipimus, *In collegiis  
ministri  
idonei  
nos mini-  
strent.* quod, qui per se non possunt facere in Choro cantandi debitum & legendi, faciant per aliam personam idoneam, secundum quod Decani sui discrecio duxerit providendum.

## IV. De Tonsura Clericorum.

Æterum de Clericis, non deferentibus Clericalem Tonsuram, & vestes habentibus Clericum non decentes, (*Indecencia  
vestium.*) tam de his quam de illis, districte præcipimus, ut Tonsuram comæ, quæ Clericalis sit, habeant & suas Coronas competentes, & eas radere non omittant: quod tamen invenimus aliquos omittere: quod maxime detestamus, dum tales, & taliter se gerentes, privilegio quidem Clericali gaudere contendant, & tamen signum illius privilegi aspernentur. Sub eadem distictione, vestrum indecentium pompam & usum firmissime inhibemus.

## V. De Clericis Simoniacis.

Item de Clericis Simoniacis ita præcipimus, quod, ante omnia, ea dimittant Beneficia, quæ adepta per Simoniam extiterint, ne ea in damnationem suarum teneant animarum: & postmodum cum maturo consilio, qualiter ipsorum statui consulatur, ordinabimus secundum canonicas sanctiones.

## VI. De Clericis irregularibus.

DE Clericis autem irregularibus ita præcipimus, quod à sui Officii executione se contineant; donec circa eos fuerit ordinatum secundum Canonicas sanctiones, quid fuerit ordinandum.

## VII. De

VII. *De Dormitoris, de Lectura Tabulae Capitularis, de Lunationibus, &c.*

**C**onsequenter, quia in ipsa Visitatione comperimus, circa Divinum Officium five Ministerium atque Chori debitum, negligencias & omissions debiti factas hucusque fuisse & fieri, plus quam Dei honorem deceat & saluti iporum expediat ministrorum; quæ quidem negligentiae causantur exinde potissimum, quod sunt quædam Ecclesiæ Canonicorum carentes Dormitoris, quedam habentes Dormitoria, sed eorum Canonici dormire in his longo temporum spatio desuerunt; item quod in quibusdam Ecclesiis est compertum, raro vel nunquam per Annos totius spatium lectiones & cantum Divini Officii in Capitulari Tabula annotari; item raro vel nunquam in Capitulo ipso legi lunationes mensium aut Kalendas, seu obitus fidelium, quorum commendationem aut memoriam agere unusquisque, de Eleemosynarum vivens sustentatione, tenetur: Super his omnibus, qualiter reformatur, & reformata, in robe re suo permaneat & vigore sicut primitus erant instituta, ita præcipimus, quod Ecclesiæ Canonicorum, carentes Dormitoris, ea deinceps habeant, de communi Ecclesiæ ære seu pecunia construenda; & Canonici, qui, habentes Dormitoria, dormire in his aliquando desuererant, in his dormant, prout hoc consuetum fuit antiquitus: his duntaxat exceptis, quos infirmitas seu debilitas, aut alia causa legitima necessitatibus excusat: cum alias casua & vana fuissest iporum Dormitoriorum structura, si non in ipsis, modo & more debito, maxime causa Matutinalis Officii, dormiret.

Item percepimus, quod quædam Canonorum Collegia in consuetudinem adduxerint, nullis diebus cantare Vigilias pro Defunctis, nisi quando distributio denariorum in Choro præsentibus exhibetur, & sic evanescat illorum memoria, qui, eti ad Distributiones hujusmodi quicquam non dederint vel legaverint Ecclesiis, ad communem tamen administrationem corporis Præbendalis, prædia & possessiones pie & munifice sunt largiti. Super hoc itaque statuimus, ut non solum illis feris, quæ sunt Distributionibus hujusmodi deputatae, verum & aliis diebus omnibus, præterquam in festivitatibus, secundum consuetudinem majoris Ecclesiæ, Vigiliæ cum Officio pro Defunctis in Choro solemniter decantentur; & post hujusmodi decantationem Officii, Decanus & Fratres ingrediantur Domum Capituli, ante omnem tractatum disciplinæ vel etiam Præbendæ aut cuiuscunque alterius negotii, Tabulæ Capitularis Lecturam (habentis distincte & in specie, quid unicuique sit

cantandum vel legendum in Choro) audiant diligenter; ac infuper lunationes mensium ac Kalendas & Obitus legantur; nec non aliqua *Dies Obitum* Lectio de Regula & vita Clericorum legatur; & tunc immediate de Disciplina fiat quod *Lectio* fuerit faciendum; ac talia consequenter post ipsam Disciplinam tractentur negotia, quæ ad utilitatem seu necessitatem fuerint spectantia, publicam seu privatam. Et, si aliquando Decanus non fuerit præsens, propter hoc non omittatur ulla tenus, quin Fratres Domum Capituli intrent, ad audiendum ipsius Tabulæ Capitularis lecturam, ut sciant quid unicuique in Choro sit legendum (ut supra diximus) & cantandum deputatum. Quia, cum in Majori Ecclesiæ talis, & bona utique, consuetudo in hujusmodi observetur, id ipsum in aliis volumus Ecclesiis observari.

Item præcipimus, ut Divinum Officium in Choro nunquam absque ordine Ministrorum, Sacerdoti ministrare debent, videlicet Diaconi & Subdiaconi, decantetur: & ipsi Ministri in ipso Sacra Missæ Officio non præsumant absque indumentis, suo Ordini deputatis, aliquatenus ministrare, nec ante finem Missæ recedere: quod tamen quadam defuetudine, immo mala abuseione, apud quasdam Ecclesiæ fuisse comperimus introductum; sed deinceps hoc fieri, firmissime prohibemus.

Eisdem etiam Ministris injungimus, quod, quotiescumque hebdomada eorum fuerit Officio deserviendi Divino, Horas in Choro Matutinales & alias servare studeant diligenter, ne ulla per eos omissionis debiti, quo ad sacram Ministerium, esse valeat argumentum. Sacerdotes autem ipsi, quotiescumque celebratur sunt Missam, veste Camisiali sub Albis *Vestis Camisiali* non careant, ne Albam, quæ consecrata est missalis vestis, iporum Tunicae valeant immediate sub Alba contingere, nec ipsæ tunicae apparetur.

Item Canonicis, ne frequenter extra immunitatem Ecclesiarum suarum comedant, aut dormiant extra ipsum, firmissime prohibemus: nec ulla eis suffragetur occasio, si forte propriis domibus careant. Competentius namque in suis dormire Dormitoris, & comedere in Claustris aut Refectoriis, possunt hi, qui domibus propriis vel certis hospitibus carent, quam hæc facere fornicatus apud loca suspecta, vel aliæ Clericalis conversationis non bene decentia honestatem.

VIII. *De Campanariis & Custodibus.*

I Tem, ut Campanarii Ecclesiarum, quorum servitus five onus circa altare versatur, nunquam absque veste Camisiali compareant, firmissime prohibemus: & ut hoc absque omni omissione servetur, Ecclesiarum ipfarum Thefaurarii seu Custodes, & singuli in singulis suis Parochiis Plebani, provideant diligenter.

Præ-

*Communi-  
nia Dor-  
matoria.*

*Certe hoc  
tempore  
prospero  
vana.*

*Omnibus  
diebus  
professis  
Officium  
pro Defun-  
ctis in  
Collegiis  
servan-  
dum.*

*Nunc non  
observa-  
tur.*

*Sine ordi-  
ne mini-  
strorum  
Missa in  
Choro nos  
celebran-  
da.*

*Ministri  
Altaris  
intuisse  
debent  
Matutini-  
ni.*

*Vestis Ca-  
merisiali*

*sub Alba.*

*Canonicis  
ubi edat  
diam ac  
dormien-  
dum.*

Officium  
Theofaur-  
arii.

Præfati etiam Thesaurarii seu Custodes, quorum interest Ecclesia luminaria ministrare, ea ita fideliter administrent, & generaliter omnis Ecclesiasticae supellestis seu Thesauri custodiam, eorum fidei atque curæ commissam, ita conservent fideliter & solerter, quod inde non sint reprehensibles; & quod poenam Canonicae castigationis evitent.

Officium  
Decano-  
rum.

Disciplina.

Decanos  
esse debere  
sacerdo-  
tios.

Habitus  
quis quo-  
daceat.  
Surcotia. à  
vestes. à  
vocabulo  
Teutonico  
(uti appa-  
ret) affi-  
atum.

Officium  
Scholaftici  
& Chori-  
episcopi,  
Scholaftici  
& Can-  
toribus.

Conffidente autem penes Decanos Ecclesiasticorum potestate, lege ac gubernatione Canonicae Disciplinæ exercenda, ipsis propter hoc firmiter præcipiendo injungimus, totâ eos ad id niti solertia, quod in Ecclesiis disciplinalis observantia vigeat honestatis; & sic ubi enervata extiterit, ipsam studeant reformare, commissam sibi excessuum correctionis potestatem & regimen sui Officii taliter exequendo, ut boni dispensatores in Domo Domini, super ejus familiam, dignâ possint commendatione censeri: & hoc quidem se facere arbitrentur, si ipsis disciplinatis apparent in ipsis, & per bonum exemplum confortent & animent suos confratres.

Præfati autem Decani, quicunque promotionis suæ tempore non fuerint in sacris Ordinibus constituti, eos incunctanter recipient, gradatim de Ordine ad Ordinem ascendendo.

Item præcipimus, quod, intra tempus in Iure expressum, Ordinem Sacerdotalem recipient, si Ordinem forte in Nostra Diœcesi à Nobis vel aliquo alio Episcopo contingat Nostro nomine celebrari: nec aliquis Decanus propria autoritate, vel potius voluntate, præsumat Ordinis Sacerdotalis receptionem protrahere vel differre, nisi specialiter hoc Nostra licentia valeat obtinere.

Item præcipimus, quod ipsi Decani, postquam Ordinem Sacerdotalem receperint, & generaliter omnes Sacerdotes, nec non Ecclesiasticorum Plebani, tam urbani pariter quam Rurales, Surcotia clausa portent; quod, sicut ab aliis sunt in statu honoris & reverentiae differentes, ita deceat quod ab illorum habitu vel vestitu differentes appareant, & nullum in eis, exemplo & usu vestium, signum appareat levitatis.

Et, sicut Ecclesiarum Decanis, modo prædicto, injungimus facere, quæ ad ipsos pertinent facienda, in seipsis pariter & suorum regimine subditorum; ita Scholafticis Ecclesiarum, nec non Chorieropiscopis seu Cantoribus, quorum Officia onus suum, tam circa Disciplinam, quam Chori debitum atque residentiam in ipsis Ecclesiis faciendam, habere noscuntur, injungimus, ut in his omnibus studeant ita se habere, quod inde non sint reprehensibles, sed potius commendandi.

Item, sicut Decani in Ecclesiis residere debere noscuntur, ita quoque Scholaftici & Cantores: unde & hoc eos ita præcipimus observare.

Item, nemo sit Scholafticus in duabus Ecclesiis, quarum Præpositi & Decani, Priors Colonensis existunt; cum de necessitate deinde causetur inconveniens, ut illarum Ecclesiæ ad minus altera, sui defectum debiti in membro ita necessario, cuius quidem non est levis recuperatio, patiatur.

Item & illam abusionem, in aliqua Ecclesiæ compertam, quod Decanus sit liber à Choro, quasi corruptelam & quasi pessimæ adinventionis ac fraudis modum vel speciem, detestamur, & detestando præcipimus, ne quis de cætero Decanorum in sui præsumat Ecclesia, per abusionem hujusmodi, à sui jugo oneris vacillare.

Item, ne Canonici Ecclesiæ, in solemnitatibus & stationibus, sine Chorali pelliceo vel veste camisia sub superpelliceo incedant in Ecclesiis conventionalibus & in Choro.

Item præcipimus, ut, si quando Canonici per vicos Civitatis aut plateas incedant, ita decenter in habitu vestimentorum incedant, sicut ab antiqua est consuetudine observatum.

Priores  
olim ditti  
Pralati  
Coloniensi-

Decani  
alligati  
Choro.

Canonici  
ubi &  
quando  
qui ince-  
dendum.

#### X. De Capellani Regalibus, Episcopali- bus, & Prepositorum; & qui non possint esse hujusmodi Capellani.

Vm in aliquibus Ecclesiis Capellani Regales, Episcopales, ac etiam Capellani Prepositorum existant, qualiter hi se habere debent, cum nonnullos forte ipsorum hoc latet, determinandum necessario hoc duximus in præsenti Nostrorum serie Statutorum. Capellani hujusmodi Residentiam in suis Ecclesiis, tanquam alii Fratres, facient, nisi illo tantum tempore, quando agunt suorum negotia dominorum, atque eriam si negotia Ecclesiæ hoc exposcent. Et Nobis in Ecclesia majori, vel alia Nostræ Civitatis vel Diœcesis Ecclesia (si sunt ea vice præsentes,) celebrantibus, ibi debent adesse in Divini celebratione Officii, & adstante. Et debent hujusmodi Capellani in Sacris esse Ordinibus constituti. Super hujusmodi Capellanos Episcopales, erit Nostræ Capellarius quasi loco Iudicis & Magistrorum.

Ad hæc præcipimus, quod nulli Decani, nulli Scholaftici, nulli Chorieropiscopi vel Cantores, nulli Sacerdotes Ecclesiæ, Capellani Episcopales ulla tenus aut Regales existant.

Capellani  
qua qui-  
bus ves-  
ta.

#### XI. De Pistrinis Ecclesiæ.

Vm vero sint quædam Ecclesiæ, carentes Pistrino communis, quod multum utique repro-

reprobamus ; super hoc ita præcipimus, quod in omnibus Ecclesiis Collegiatis habeatur commune pistrinum , & panis ibi Præbendalis distribuatur potius quam unusquisque cum modio sive maldro annonam panis Præbendalis recipiat ad vendendum. Ex hac namque venditione perit hospitalitas in Ecclesiis, cum in ipsis pauci vel nulli reperiantur , panem suum in domibus comedentes Claustralibus, vel egenis inde Eleemosynam tribuentes.

**XII. De Præpositis & eorum Capitulis,  
qualiter erga se invicem habere  
debeant.**

**C**onsequenter de Ecclesiis Præpositis videamus , qualiter ipsi erga Capitula se habere debeant , & qualiter Capitula erga ipsis vice versa. Cum enim ipsis Præpositis ea potissimum incumbat solertia, quod circa Ecclesiæ exteriora vel ejus temporalia defendenda sint vigiles & cooperantes Capitulis , ubi cunque injuriam patiuntur , qualiter ab illis injuriis releventur, Nostro (prout eis opus fuerit) auxilio accedente , & non solum ad hujusmodi temporalia promovenda exterius teneantur , immo ad omnia alia , tam intus quam extra , quæ sunt ad Ecclesiæ utilitatem & pacem spectantia, nec non ad ipsius Ecclesiæ Iura , Statuta honesta & bona consuetudines observandas teneantur ex proprio juramento: ipsis præcipimus , circa hæc omnia taliter se habere , quod inde irreprehensibiles censeantur.

**Quid de-  
beatur  
Præpositis.** Capitula etiam vice verâ ita se erga ipsis habere Præpositos studeant in omnibus , honoroando ipsis in quibus sunt merito honoriandi , quod in nullo ipsorum Præpositorum Dignitati derogent sive Iuri. Et, quia de aliquibus Præpositis unum quidem in Visitatione comperimus reprehensibile & non laudandum , quod ipsis fructibus suspensarum in Ecclesiis Præbendarum , quorum sunt & esse de Iure tenentur Dispensatores , (illi præfertim , qui dictos fructus nondum in Capitula transfluerunt) abutuntur : cum enim de ipsis fructibus, uno eis anno cedentibus , tecta Ecclesiæ , quando foret necessitas , reparare deberent, ipsi ea non reparant ; immo fructus ipsis Canonicis inobedientibus, ideoque suspensi , restituunt seu remittunt : ecce, per hanc remissionem , injuriam fabricæ Ecclesiæ faciunt , damnum seu emolumenti parentiam sibi ipsis , ac insuper occasionem negligentiae & abessendi ab Ecclesia, Canonicis suis, præstant. Hanc itaque abusionem , omni penitus ratione ac etiam colore carentem , ipsis de cætero Præpositis inhibemus ; volentes , ut vel ipsi retineant (convertendos in utilitatem propriam) illos fructus , si Ecclesia eorum , opus non ha-

Pistrina  
cur in Col-  
legiis ha-  
benda.

Præpositi  
Officium.

Quid de-  
beatur  
Præpositis.

buerit reparatione tectorum, vel Ecclesiæ ipsi ad ornamenta fructus hujusmodi largiantur, potius quam eos indignis, hoc est, inobedientibus, restituant , & in sua inobedientia seu dissolutione taliter animent , ac si ipsi Præpositi dissolutionis ac inobedientiae sint autores.

Item , quod ipsi Canonici, qui suspenſi fuerint pro sua inobedientia , nunquam in facie Fratrum intra Immunitatem compareant manifeste , firmissime præcipimus & mandamus.

**XIII. De electionibus Capitulorum.**

**I**tem , ne in præsentis Nostræ Visitationis proposito omittamus hoc, per quod maxime Ecclesiis Collegiatarum quieti prospicitur , illarum præsertim quæ plurim Clericorum receptionibus ad vacatura Beneficiis sunt gravatae , cum constitutio Domini Alexandri Papæ , super hoc ipso decreverit providere; Nos illam constitutionem præcipimus inviolabiliter observari, ut, cum juxta eandem constitutionem , quatuor ex receptis ante ipsam, provisum fuerit de Præbendis quæ post constitutionem prædictam vacaverunt vel vacabunt , ubi nondum quaternarius est completus, alii, ultra ipsum numerum existentes , habentur pro caſſatis , nec aliquo modo ex receptione tali à Præpositis , Decanis & Capitulis Ecclesiis , pro Canonicis vel Præbendariis admittantur. Et monemus illos, qui receptioni hujusmodi innituntur , & de Canonicatu & Præbenda se ingesserint , quod deinceps omnino desistant. Præpositos autem , Decanos & Capitula nihilominus admoneamus , ut tales pro Canonicis vel Præbendariis non admittant.

**XIV. De Immunitatibus, & muris  
carum.**

**V**T vero omnes Ecclesiæ Collegiatæ , Immunitates suas , muro circumdatas , & clausuras portarum, bene munitas habeant, firmissime præcipimus & mandamus.

Hæc itaque Nostræ Visitationis præcepta canonica & statuta , ita à Nobis edita, præcipimus inviolabiliter observari: & unumquodque Collegium ea in scripto ad sua exemplar & regimen vitæ recipiat , & recepta, penes se in perpetua commendatione memorie teneat diligenter. Hæc ita ad præsens statuimus, salvo Nobis, quod alia, si qua adhuc occurrerint, opus habentia Reformationis aut correctionis remedio , sive de Canonicis aut Monachis aut etiam Plebanis existant, ea statuamus, ut inde, prout expediens fuerit , loco & tempore ordinemus. Pronunciatum & Datum Coloniae, quarto Idus Martii , anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

E IV S.

E I V S D E M  
**D. C O N R A D I**  
 ARCHIEPISCOPI  
 S T A T V T A  
 De Monachis , & eorum conver-  
 satione & vita.

In Nomine Domini , Amen.

**C O N R A D V S ,**  
 Dei gratia , sanctæ Coloniensis  
 Ecclesiæ Archiepiscopus , Sa-  
 cri Imperii per Italiam Archi-  
 cancellarius.

**S**Aluti & bono statui omnium , cuiuscun-  
 que Professionis seu Ordinis, sed Nostro-  
 rum domelltorum maximè , debitores  
 in Domino existentes , sicut in Nostra Visita-  
 tione negotium Reformationis & Correc-  
 tions de Clericis per Statuta Canonica expedi-  
 vimus competenter , ita de Monachis satag-  
 nes , id ipsum suo modo , quo competens fue-  
 rit , expediemus .

*I. De celebratione Divini Officii.*

**I**N primis igitur statuimus , quod omnium  
 Monasteriorum nigri habitus Monachi Ordini  
 s. Benedicti , Divinum Officium in can-  
 tando & legendo , secundum quod Regula  
 ejusdem S. Benedicti præcipit , exequantur ;  
 & maximè munditiis circa Altaria & ornatum  
 Ecclesiasticum sint studentes .

*II. Quando & quomodo Monachis com-  
 municandum sit.*

**S**TATUIMUS item , ut Ministri Altaris , singulis  
 Dominicis diebus & aliis Festivitatibus ,  
 prout confuetudo loci seu Monasterii habet ,  
 communicent Corpore & Sanguine Domini  
 nostri Iesu Christi , facta prius Confessione  
 Abbatii vel Priori secundam Regulam : ut , si  
 aliqua de causa duxerit aliquis abstinentum ,  
 causam Abbatii vel Priori non differat intimare ,  
 ut cuius judicio abstineat , vel ad communica-  
 tionem accedat .

*III. Propria Monachis habere non  
 licere.*

**I**TEM statuimus , quod Monachi proprium  
 non habeant , secundum quod Regula eo-  
 rum præcipit , nisi quod Abbas dederit aut  
 permiserit ; & , quod pariter victum & vesti-  
 tum percipient de communi per sui admini-  
 strationem Abbatii ; ut nullus Monachorum  
 caufetur de qualitate seu quantitate vietus &  
 vestitus & vestibus , sed omnia ipsis admini-  
 strentur , secundum quod Monasteriorum suo-  
 rum suppetunt facultates , & prout Regula  
 hoc expoicit .

*IV. De incontinentia Monachorum.*

**S**TATUIMUS item , eos graviori culpa vel poe-  
 na puniendos secundum Regulam , qui hue-  
 rint de incontinentia notati ; quæ maximè in  
 Monachis est detestanda .

*V. De habitu Monachorum.*

**I**TEM statuimus , inhibendo , ne aliquis Mo-  
 nachorum Surcociis , caligis , coloratis cal-  
 ceis , nodatis cingulis irregularibus , aut massu-  
 bus Sericis utatur : sed quod ipsi Monachi tal-  
 ibus indumentis , quæ ipsis Regula præci-  
 pit aut concedit , induantur .

Statuimus etiam , quod Monachi Officiorum  
 pro sui Monasterii vel Officii negotiis , aut alii  
 de licentia Abbatii , vel Prioris Abbatie absen-  
 te , exeunt , talibus utantur vestibus & cal-  
 ceis pluvialibus , quæ ipsis Ordinis decent  
 honestatem , & in quibus Monastica Religio-  
 nis seu conversationis abusio non possit de-  
 prehendi .

*VI. De Monachis percussoribus.*

**D**E Monachis autem irregularibus ita præ-  
 cipimus : Si Monachus in Monachum  
 manum injecterit sui Monasterii , & laesio nou-  
 fit

sit enormis, Abbas ipsum absolvat secundum morem Regulæ: alioqui, si læsio fuerit enormis, Abbas illum ad Sedem Apostolicam definet, vel ad illum qui absolvendi habuerit potestatem.

### VII. *De Monachis Simoniacis.*

P Ræcipimus item de Simoniacis, quod circa illos secundum constitutionem Regulæ procedant Abbates: super his vero, quæ ipsis non sunt concessa Abbatibus, eorum Monachi ad Superiori mittantur.

### VIII. *De cibis, Monachis interdictis.*

S Tatuius etiam, quod Monachi aliis cibis non utantur, nisi eis quos ipsorum Regula præcipit aut permittit.

### IX. *Exitus quis Monachis vetitus.*

I Tem præcipimus distictius, ne Monachis detur frequens licentia exeundi: sed si, si ne licentia Superioris, distictum sive portas Claustræ aliquis eorum exire præsumperit, pœnam inde sustineat Regularem.

### X. *Abbates divinorum celebrationi interesse debere.*

S Tatuius &, quod Abbates in Conventu cum Fratribus fedant, & Divinis frequentius interficiant Lectionibus, maximè Vigiliis, Capitulo, Collationi, & aliis Divinis Officiis cum eisdem; nisi causa necessaria, utili, vel honesta, fuerint præpediti.

### XI. *De Proprietariis excommunicandis.*

I Tem statuimus, quod Abbates Excommunicationis sententiam in Proprietarios semel in anno, scilicet Sabbatho proximo ante Dominicam Lætare, solemniter in Capitulo publicent: &, si post aliquis inventus fuerit habere proprium, secundum Regulam puniatur.

### XII. *De Monachis fugitivis & apostatis.*

S Tatuius etiam, quod Monachi fugitivi & apostatae, per suos Abbates ad sua monasteria revocentur, salva Ordinis Disciplina; nisi toties inobedientes & ex talibus causis recesserint, quod secundum Regulam non debeat in eorum monasterio tolerari.

### XIII. *De receptione hospitum.*

S Tatuius item, quod nullus Monachorum hospites per se recipiat, nisi Hospitalarius

Monasterii, vel alter, cui Abbas eos commis- sit recipiendos.

### XIV. *De dandis Eleemosynis.*

I Tem statuimus, quod debita Eleemosyna & confueta, tam de Refectorio, quam Hosptiali, fideliter pauperibus erogetur.

### XV. *Monachis ubi & quomodo sumendum cibus.*

S Tatuius etiam, quod omnes Monachi in communi Refectorio comedant; nisi infirmitas vel aliqua alia causa legitimæ necessitatis ipsis excusat: & tunc, quæ superfuerint, in Eleemosynam pauperibus tribuantur.

### XVI. *Monachis ante Primam & post Completorium exire non licere.*

S Tatuius item, quod Monachis nullatenus detur licentia ante Primam exeundi, & similiter post Completorium, nisi ex causa valde rationabili & necessaria; utpote si contingat, ipsum extra Monasterium suum in aliquo loco Divinum Officium celebrare, vel in obitu parentum, fratrum vel fororum.

### XVII. *Monachis, cum venia excuntibus, quid curandum.*

I Tem, si contingat, Monachum ante Vespas exire de licentia, ita maturet redire, quod in Divino Officio illâ horâ esse possit.

### XVIII. *De carcere Monasterii.*

S Tatuius etiam, quod quolibet Monasterium suum carcerem habeat, in quo, delinquentes, regulariter puniantur.

### XIX. *Mulierem intra septa Monasterii masculini dormire non licere.*

S Tatuius item, quod nulla mulier dormire debeat intra immunitatem: &, si factum fuerit, ille, qui est in culpa, graviter puniatur.

### XX. *De Monachorum Capitulo quattuor annis celebrando Coloniae.*

I Tem statuimus, quod omnes Abbates nigri habitus, Ordinis S. Benedicti, nostræ Discipulis, singulis annis in Exaltatione sanctæ Crucis, Capitula Coloniae teneant, vel apud S. Pantaleonem, vel apud S. Martinum; ut ibidem Observantia Regulæ cum discretione traçetur, & de Statutis Nostris, qualiter in quolibet Monasterio observentur, & aliae utilitates Mona-

Monasteriorum: & quicunque ipsorum Abbatum ad Capitulum venire neglexerit, nec excusationem in Capitulo legitimam ostenderit, secundum coercitionem Regulae puniatur. Et volumus, quod Abbates S. Pantaleonis & S. Martini Colonienenses, ista Capitula singulis annis fieri procurent à Nobis, ita quod nullus valeat excusari.

#### XXI. De rasura Monachorum.

**I** Tem præcipimus, quod Monachi, in rasura Coronarum & Tonfuræ capillorum, ita decenter & regulariter se habeant, quod super his non valeant reprehendi.

#### XXII. De lectis Monachorum.

**S**TATUIMUS item, quod Monachi non dormiant in lectis plumeis, sed in culcitrīs, secundum quod Regula mandat.

#### XXIII. Monacho absenti non deberi Præbendam.

**I** Tem statuimus, ne aliquis Monachus rediens, qui absens fuerat de licentia vel sine licentia, aliquam Præbendam tempore suæ absentiæ requirat: quia illa esset occasio proprium habendi.

#### XXIV. De jejuniis Monachorum.

**S**TATUIMUS item, quod Monachi jejuna sua observent secundum quod Regula præcipit.

#### XXV. Officiariis Monachorum qualis incumbat facienda ratio.

**S**TATUIMUS &c, quod Monachi Officiarii, ad minus semel in anno, in præsentia Abbatis & Seniorum, computationem vel legitimam

rationem faciant; & si quid ultra suorum Officiorum administrationem superfuerit, de hoc nihil per ipos Monachos, sed per Abbatem & Superioris sui Conventus, ad sui Monasterii utilitatem ordinetur.

#### XXVI. Monachos nuptiis interesse non debere, & quibus exequi possint.

**I** TEM statuimus, quod Monachi nuptiis nullatenus interfint: nec Exequiis, nisi parentum, fratribus vel sororum.

#### XXVII. Quod non offerant ad Altare.

**I** TEM præcipimus & statuimus, quod nullatenus offerant ad Altare.

#### XXVIII. In aliis mandatur Regula observari.

**Q**VICUNQUE autem, de interiori pariter & exteriori clausura Monasterii & immunitatis Monasticæ, Regula præcipit, quæcunque de silentio in horis & locis debitiss & Conventu servando, Regula ipsa præcipit; nec non quæ de cantu Divini Officii, professione quoque facienda, aliisque Oblervantiis, præcipiuntur in Regula; ubicunque hæc haec tenus sunt omisla, revocari in statum debitum per Abbes, & servari deinceps more & modo debito, statuimus & mandamus. Alioqui negligentiam hujusmodi cum pena Canonica requiremus.

Hæc ad præsens statuimus, salvo Nobis, quod, si aliqua occurrerint in posterum, opus habentia Correctionis & Reformationis remedio, ea loco & tempore statuemus, &c, prout expediens fuerit, ordinabimus. Datum & pronunciatum quarto Idus Martii, Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

S T A T V T A  
 CONCILII PROVINCIALIS  
 D. H E N R I C I ,  
 S. COLONIENSIS ECCLESIAE  
 A R C H I E P I S C O P I ,  
 S. Imperii per Italiam Archicancellarii ,  
 edita per eum Anno M CCC X.

I N D E X C A P I T V L O R V M .

<i>De revocatione statutorum, contra libertatem Ecclesiasticam factorum.</i>	1	<i>sponsorum.</i>	14
<i>De occisoribus, mutilatoribus &amp; captivatoribus Clericorum.</i>	2	<i>Quod Clericus non leget Concubinis suis vel sponsis annum gratiae sue.</i>	15
<i>Ne quis Laicus Exactiones Ecclesiis imponat, ratione Advocacia, quam super Bonis Ecclesiasticis habet.</i>	3	<i>De campanariis, quod sint literati, &amp; in Albis ministrent.</i>	16
<i>De invasoribus, occupatoribus, &amp; detentoribus Regnum &amp; Bonorum Ecclesiasticorum.</i>	4	<i>Quod Decani, &amp; Plebani locorum, examinent Ornamenta Ecclesie.</i>	17
<i>De occupantibus Bona Ecclesiarum &amp; Ecclesiasticarum Personarum, &amp; legata fabricæ Ecclesiæ Coloniensis.</i>	5	<i>Quod fructus Canonicorum suspensorum cedant Capitulis, non singularibus de Capitulo personis.</i>	18
<i>De vita &amp; honestate Clericorum.</i>	6	<i>Quod Ecclesia vel Cemeterium non consecretur, nisi de dotazione loci Diaconato constituerit.</i>	19
<i>De Vicariis, quo ad Versus &amp; Lectiones in Matutinis.</i>	7	<i>Quod Parochiani non nisi a suo Plebano communionem recipient.</i>	20
<i>De etate Presbyterorum Ordinandorum.</i>	8	<i>Quod non siant imprecations, nec cantetur MEDI A VITA, contra aliquas personas.</i>	21
<i>De concubinariis Clericis.</i>	9	<i>De Matrimonio clandestinis.</i>	22
<i>Quod Clericis publica Emenda &amp; paenitentia non sit imponenda.</i>	10	<i>Quod Annus Domini de cetero in Nativitate Domini obseretur &amp; innovetur.</i>	23
<i>Quod, non nisi Ordinati ad sacros Ordines, legant Epistolæ vel Euangelia.</i>	11	<i>De tabellionibus.</i>	24
<i>Quod nullus Ecclesiæ Curatam teneat, nisi ab Episcopo vel Archidiaco instituatur.</i>	12	<i>De Sacramentis.</i>	25
<i>Quod provisi de Beneficiis Autoritate Apostolica, se faciant juxta formam provisionis ordinari.</i>	13	<i>Quod Plebanis non denegetur Chrismæ vel Oleum sacram.</i>	26
<i>Quod fructus Canonicorum suspensorum, decedentium, cedant Ecclesiæ, &amp; non successoribus suis</i>	14	<i>De statu Religiosorum.</i>	27
		<i>De Monachis &amp; Monialibus.</i>	28
		<i>Quibus statuta ista Provincialia habitu &amp; observatu necessaria.</i>	29

S T A T V T A .

Ad honorem sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ac Gloriose Virginis Marie, atque S. Petri, ac omnium Sanctorum.

**N**os Henricus Dei gratia Archiepiscopus Colonensis, Cupientes in hoc Concilio Nostro Provinciali, de man-

dato speciali sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri Clementis, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summi Pontificis, indictio, de Capituli ac Prælatorum Nostrorum confilio & assensu, per infra scriptas statuta Nostra omnibus paterna solicitudine providere, ut quies Ecclesiæ & Ecclesiasticis personis procuretur, & pacis perturbatores à suis delictis, pœnæ formidine, arceantur, infra scriptas Constitutiones, observandas perpetuo, in præsentiarum duximus promulgandas.

De

I. *De revocatione Statutorum, contra libertatem Ecclesiasticam factorum.*

**I**N primis, cum ad decus & decorum Ecclesiarum nihil magis expediat, quam ut expurgatis erroribus, & statutis iniquis sublati, ipsa plena quiete vigeat, & secura gaudeat libertate; præcepta factorum Canonum imitantes, omnia statuta, pacta & ordinationes, contra libertatem Ecclesiarum & Ecclesiasticorum personarum edita seu editas, damnamus, reprobamus, & cassamus, & irrita seu irritas nunciamus: Mandantes universis Nostræ Diœcesis & Provinciæ subditis, ut ea à locis suis, intra mensem à notificatione præsentium, faciant penitus aboleri; & locorum Plebani monent subditos diebus Dominicis & festis nominatim, quos in his culpabiles se ferint, alios in genere, quatenus hujusmodi de facto statuta de facto revocent: alias eos ad id per Excommunicationis sententiam volumus coarctari. Verum, quia intelleximus, quod in nonnullis locis Laici (qui, non contenti de propria ipsorum impietate & malevolentia, etiam alios Christi fideles à sua devotione & bonis operibus retrahere moluntur) statuerunt & statuunt sub certa conspiratione & confœderatione, ne quis de cætero Ecclesiæ, Ecclesiasticis seu Religiosis personis, bona, prædia, districtus, jura & dominia aliqua vendat, leget aut donet, vel quovis titulo in eos transferat, vel in nuptiis aut exequiis mortuorum, aut alias Sacerdotibus Parochialium Ecclesiarum & aliarum offerant, nisi sub certo numero personarum & certo tempore Misæ, seu inter se, taxant, quid quilibet offerre debeat, contrarium facientibus poenam pecuniarias infligendo; & quia haec obviant directè Ecclesiasticae libertati; conspirations, collegiations & ordinationes hujusmodi, seu federa & pacta, & deinceps, si contigerit, facienda, decernimus, non tenere, nec aliquem fore vel esse debere ad eorundem observantiam obligatum.

Item, statuta & consuetudines, à Laicis (cujuscunque status aut conditionis existant) introducta seu introducta super eo, quod dicti Laici, antiquarum Decimarum occasione, quas in aliquibus Parochiis vel largitione Principum aut donatione aliorum seu alia de causa percipiunt, Decimas Novalium, in terris propriis quibuslibet Parochiis obvenientes, occupant, attrahunt, vel sibi vendicant, revocamus & cassamus; statuentes & præcipientes, ut præfati Laici & quicunque alii, ab occupatione, detentione vel usurpatione earundem Decimarum Novalium, postquam ad agrum Regium pervenerint seu perveniunt, penitus desistant, & de ablatis satisfaciant tam Nobis, quam Ecclesiæ, Ecclesia-

sticisque personis, quibus ipsa Decima Novalium de Iure competere dinoscuntur; easdem Decimas Nobis & Ecclesiæ, ad quæ pertinent, de cætero possidentas pacifice relinquentes.

II. *De occisoribus, mutilatoribus, & captivatoribus Clericorum.*

**I**TEM, statutum venerabilis quondam Engelberti Colonienfis Archiepiscopi, Prædecessoris Nostri, contra injectores manuum in Clericos Ecclesiasticas personas, olim per ipsum editum, cum penæ majoris adjectioне contra Captivatores Clericorum observari volentes, statuimus, ut cum sacrilegi, qui, suadente diabolo, Dei timore postpolito, manus injicijunt in Clericum vel alias personas Ecclesiasticas & Religiosas, temere violentas, & ex hoc incident excommunicatio[n]is sententiam Canonis jam prolati, quod occisores, mutilatores, & percussores atrociter Clericorum & Ecclesiasticarum personarum, & Clericos capientes & in captivitate detinentes, seu per captivitatem aliquam pecuniam ab eis extorquentes, seu talium receptatores & defensores, propter hoc autoritate Canonis latæ sententiæ excommunicati, cum omnibus operam & consilium ad præmissa adhibentibus, per omnes Ecclesiæ Diœcesis, in qua hujusmodi perpetrantur, per Decanos Ecclesiarum, Rectores & Presbyters, quamprimum ipsis hoc per famam publicam vel rei evidentiam, vel per fidem duarum fide dignarum personarum ipsis faciendam, aut per mandatum seu sententiam Iudicis, constitutæ, campanis pulsatis & candelis accensis, nominatim quorum nomina sciri poterunt, alias in genere, excommunicati publicè nuncientur, & arctius evitandi, donec satisferint de commissis, & debitæ Absolutionis beneficium meruerint obtinere. Præterea, in aggravationem poenæ hujusmodi malefactorum, statuimus, ut omnis locus, ad quem tales excommunicati venerint, vel ipso Clericos deduxerint, quamdiu ipsis captivatores & captivati ibidem fuerint, & post tres dies post eorum inde recessum, nec non locus in quo talis violentia facta fuerit, quem quidem locum seu Ecclesiæ aut Ecclesiæ, in his scriptis Ecclesiastico supponimus interdicto, & interdicti teneantur. Et, si hujusmodi sacrilegi seu malefactores, Principes, Nobiles seu Barones fuerint, & terram, jurisdictiones, districtum, munitiones seu castra habuerint, & intra tres menses à tempore perpetrati delicti, etiam captivatis dimissis, non satisferint de delicto, ex tunc tota terra & districtus eorum, quos post lapsum dictorum trium mensium simili modo interdicimus, Ecclesiastico (ipso facto) sit supposita interdictio.

Englb.  
Statu. x.  
Grc.

G 3 Si

Si autem alii fuerint quam Nobiles & terrarum domini , tunc ipsi domini terræ , in quorum districtibus manent & domicilium habent sacrilegi antedicti , vel ubi tam enorme scelus commissum extiterit , intra quindecim dies , postquam de delicto hujusmodi constiterit , per famam publicam vel evidentiam facti , vel per denunciationem Decani seu Presbyteri , quam ab ipso Decano seu Presbytero loci fieri præcipimus sub pena Excommunicationis , quam cito per famam , querimoniam alicuius , rei evidentiam , aut alio modo ipsis constiterit , præfatos sacrilegos tales habeant per detentionem personarum suarum & privationem Bonorum suorum , ut , liberato captivo , Deo , Ecclesiæ , & lefo , Emendam prætent de commissis . Si vero dicti domini terrarum præfatos sacrilegos habere nequierint , nec bona sub eis habuerint , sed alia commantere in eorum districtibus consueverint , procedant per præscriptionem contra eos , de terra sua ipsos expellendo , & per iustitiam seu judices suos id fieri mandent & procurent : alioqui statuimus , quod ex tunc ipsi domini terræ & eorum judices , & alii per quos regitur jurisdictio secularis , Excommunicationis sententiam incurrit ipso facto : & , si per quindenam , dictam Excommunicationem animo sustinuerit indurato , ex tunc tota terra eorum Ecclesiastico sit supposita interdictio .

Præterea , ne , per mutationem locorum , præfati sacrilegi hujusmodi possint malitiam palliare ; volumus , quod si ipsi sacrilegi de una Dioecesi ad aliam in nostra Provincia se transferant , vel captivos prædictos deduxerint , quod ad requisitionem Dioecesani , in cuius Dioecesi hæc perpetrata sunt , vel ejus Officialis , seu amicorum captivitorum seu captivati , facta Ordinario loci seu Dioecesano , alterius , ad quam sè sic transtulerint , fide per mandatum seu juramentum de præmissis , statuta eadem in omni forma , qua supra dicitur , inibi obseruentur . Si vero domini terrarum vel alii Nobiles , & jurisdictiones temporales habentes , fuerint malefactores antedicti , Capellani eorum (si quos habent)\* quamprimum sciverint , Dominos suos Clericum captivasse , detinere in munitionibus aut dominii suis , vel capi mandasse , vel aliquid aliud de præmissis fecisse , à modo coram ipsis non celebrant Divina : sed , ut delicto commisso intra quindecim dies satisfaciant , ipsos admoneant diligenter : alioqui ex tunc ab eis & mansionibus eorum recedant , nec eis communicent . Contrarium facientes , quos in his scriptis ex tunc excommunicamus , excommunicatos volumus nunciari . Et , si contra hæc Divinis se immiscuerint , Notam irregularitatis incidendo , & in ea permanerint per annum unum animo indurato , ipsos ex tunc Beneficiis Ecclesiasticis ( quæ in Dioecesibus , in

quibus manent , obtinent ) ipso facto decernimus privatos esse , & eoldem ipsis Beneficiis privamus per præsentes : injungentes Beneficiorum Patronis , quod ex tunc aliis personis idoneis Beneficia hujusmodi conferant , quibus iidem sunt privati : alioqui , termino juris elapsi , potestas conferendi dicta Beneficia , ad Superiorē devolvatur . Si vero dicti irregulares , Beneficia non habent in Dioecesibus in quibus manent , ipsos ab eisdem Dioecesibus perpetuo eliminamus & amovemus ; ipsos etiam , tametsi per importunitatem suam Absolutionem obtinerent , de cætero ad aliqua Officia vel Beneficia Ecclesiastica nullatenus admissuri .

Præterea , si captivans Clericum vel Religiosum , vel detinens , ac sacrilegus , hujusmodi penitus vilipens , congrua satisfactione negleget , per annum unum in Excommunicatione hujusmodi perdurare animo præsumperit obstinato ; statuimus , ut nulli de filiabus , filiis , fratribus & sororibus , & eorum filiis & filiabus , usque ad tertium gradum inclusive linea descendente , vel illi etiam qui , ad Captivitatem hujusmodi , opem vel operam impendebant , vel captivum Clericum in suis vinculis detinuerint , ad Ordines seu Beneficia , aut etiam Prælaturas , in Nostra Dioecesi seu alia , in qua hæc fecerint , admittantur ; cum , ex delicto parentum , ipso facto inhabiles reddantur ad hujusmodi consequenda . Statuentes & mandantes Examinatoribus Clericorum , Capitulis , Conventibus , Patronis & Archidiaconis ac Prælatis , ut nullum ex talibus ad Ordines admittant ; Capitulum vero & Conventus nullum ex eis ad Præbendas eligant ; Patroni nullum ex ipsis præsenteant ; Archidiaconi & Prælati , tales non investiant ullo modo : alioqui Capitula & Conventus , Patroni & Archidiaconi , ac Prælati , ipso facto jus suum amittant ; & ea vice ad proximum Superiorem devolvatur . & nihilominus talium personarum receptio , investitura & admissio , sit irrita ipso facto , nec ipsis jus queratur in Beneficiis sic adeptis . Feuda & si qua prædicti sacrilegi ab Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis tenuerint , post lapsum anni , per quem Excommunicationem sustinuerint , ad Ecclesiæ & personas Ecclesiasticas liberè revertantur , ita ut , si ipsi sacrilegi ultrà sè de hujusmodi feudi ingererint , contra eos , tanquam contra invalores Ecclesiæ , procedatur .

Verum , cum futuris periculis sit maturis remediis obviandum , ne post vulneratam causam ad remedium difficultius in bonis recuratur , de Clericis Clericos capientibus aut capi mandantibus , aut adversus Ecclesiæ se hostibus Ecclesiæ associantibus , Ecclesiæisque invadentibus , ut contra sacrilegos hujusmodi perfectius , quam poterit , procedatur ; statuimus , ut , si Clerici & Prælati Beneficiati , cu-

Examina-  
tores Cle-  
riorum .

\* quum  
primum

Ordina-  
riis colla-  
toribus ut  
de Benefi-  
ciis per  
privatio-  
nem va-  
canibus  
provi-  
deant ,  
manda-  
tur .

*Arreſtatio  
Bonorum  
Eccleſia  
per ma-  
num ſecu-  
larem.*

for. \* in-  
grata.

jufcunque dignitatis, ſtatus aut conditionis exiſtant, bono opere ſpirituali rejecto, in tam præsumptuofam & deteftabilem profunditatem malorum dilabuntur, quod Clericos Religioſasve perſonas capiunt, vulnerant & deſtent captivatos, aut contra Eccleſias suas Cathedrales aut alias, quarum Prælati, Canoni ci, vel Reſtores exiſtunt, cum hoſtibus ipſarum Eccleſiarum ſe conſederant, vel in acie hoſtium contra ſuos Diocelanos & Eccleſias armati comparent, Archiepifcopos & Epifcopos & Eccleſias suas, & Collegia ſeu Capitula vel Bona earundem rapiunt vel rapi faciunt aut mandant, deſtent vel detineri mandant, ſeu arreſtarī procurant, per abuſum & judi cium potentiæ ſecularis, dum hæc vel eorum aliquod, per evidentiam facti vel ſceleris per petrati, aut per confeſſionem propriam coram duobus teſtibus fide dignis factam, aut judicis ſententiam, vel alio modo legitimo liquent, quos (ſalva poena Canonis) ex tunc ut ex nunc, abſque alterius mandati expectatione, excommunicati ſententiam (quam in hiſ ſcriptis propter hoc, tanquam delictum notoriū, in eos ferimus) incurrere volumus ipſo factō. In qua quidem ſententia ſi per annum unum perfeveraverint animo indurato, cum tantò gravius Clerici, cujufcunque ſtatus, dignitatis aut conditionis exiſtant, hujuſmodi committentes, ſint puniendi, quanto hæc ſunt in ipliſ magis deteftanda, & tanquam \* ingratia, cum autem Eccleſias propriaſ invaſerint, Dignitates, Personatus & Beneficia ſua amittere debeat, ſeu ea demeruerint, ex tunc poſt laſum anni abſque judicis ſententia, Dignitatibus, Beneficiis, Personatibus, & omnibus que in Dioceli, in qua premissa vel eorum aliquod commiſſerint, habent & obtinent, virtu te & autoritate preſentis Concilii Noſtri, ipſo factō ſint privati: quos etiam ex cauſis premissis privamus eisdem, abſque ſpe Reſtitutio ni ad ipliſ; propter atrocitatē criminis in hoc caſu: Mandantes, ut de ipliſ Dignitatibus, Personatibus & Beneficiis per illos, ad quos hoc ſpectat, ex tunc ordinetur, & con ferantur perfonis aliis intra tempus juris: alioqui eorum Collatio ad Superiorē devol vatur. Et, ſi antedicti Clerici, ſic privati, non obſtante quod forſan de facto Dignitates & Beneficia habent, adhuc deſtent, & Patroni de ipliſ negligunt ordinare, poſt hæc ſe ingeſſerint Dignitatibus, Personatibus, & Beneficiis eisdem: fructus fuos non faciant, nec actus eorum Capitulares cuiquam ſuffragium pre ſtent vel afferant noſumentum; Clericos vero hujuſmodi committentes, non Beneficiatos, ex tunc ut ex nunc excludi volumus, & inha biles exiſtere ad Dignitates, Personatus, Of ficia & Beneficia quælibet in Dioceli, in qua talia perpetraverint.

### III. Ne quis Laicus exactiones Eccleſias imponat ratione Advocatæ, quam ſuper Bonis Eccleſiaſticis habet.

Monemus item omnes Nobiles, Terrum dominos, Scabinos, Conſules, Iudices ſeculare, & Univerſitatem, ac alios Laicos, cujufcunque ſtatus exiſtant, ne de cætero, occaſione Advocatiarum quas quidam ex eis ſuper Bona Eccleſiaſticis habent, vel quo cun que alio nomine vel colore ad hoc quæſito, Tallias, Collectas, Exactiones, Peritiones, \* Affilias, Contribuſiones, ſervitia indebita, \* Acciſias & ultra quam Ius Advocatæ, juxta Scabini rum ſententiam ibi Advocati ſunt, permittit, ipliſ Eccleſias Eccleſiaſticis ve perfonis, hominibus, Mancipiis & Bonis earundem imponant, vel imponere, exigere aut recipere præſumant, vel quo minus Bona Eccleſiaſticis colantur, & ipliſ Eccleſiaſticis eisdem pacifice fruantur, per arreſtationem vel prohibiti onem aut aliās prohibeant, ne Bona Eccleſiarum colant, vel homines fuos, dum in expedi tionibus ſuis vadunt, vel alio modo procedunt, in grangiis & curtibus earundem Eccleſiarum & Monasteriorum ponant: aliās contra ipliſ volumus procedi per ſententiam Ex communicationis, quoquelque ſatisfaciant de commiſſis.

### IV. De invaſoribus, occupatoribus, & detentoribus rerum & Bonorum Eccleſiaſticorum.

Item, statutum Prædeceſſoris Noſtri Engilberti, quondam Colonensis Archiepifcopi, *Engilberti statut. 4.* quod ſic incipit: Atque ad reprimendum impor tunam præſumptionem Raptorum, Prædonum & invaſorum Bonorum & rerum Eccleſiarum &c. innovantes, ex nunc de verbo ad verbum, prout in eodem continetur, volumus & præcipimus firmiter obſervari. Similiter & statuta ejusdem Noſtri Prædeceſſoris Engilberti, De effraſtoribus & incendiariis Eccleſiarum, quod ſic incipit: Contra incen diarios autem & effraſtores Eccleſiarum & Monasteriorum, cum ipſo factō ſint excom muniſati, &c. prout in eodem statuto conti netur, innovantes, volumus & præcipimus obſervari.

### V. De occupantibus bona Eccleſia & Eccleſiaſticarum Personarum, & legata fabricæ Eccleſia Colonensis.

Cum nonnulli, tam Clerici quam Laici, utriusque ſexus homineſ, Bona mobilia vel immobilia, ad Eccleſias, Monasteria, vel

alia pia loca , nec non ad Dignitates , Personatus & Beneficia pertinentia , vel ad fabri-  
cam Coloniensem , & aliarum Ecclesiarum le-  
gata , seu Bona illicite acquisita , ipsi Fabricæ  
cedentia , aut tacite vel expresse occupent &  
detineant minus juste in fraudem Ecclesiarum & Monasteriorum ac aliorum prædicto-  
rum : Nos , eorum in hac parte fraudibus ob-  
viare volentes , statuimus & præcipimus , ut ,  
quicunque , cujuscunque status aut conditio-  
nis existant , in præsenti vel pro tempore , hu-  
iusmodi Bona & legata , ac illicite acquisita ,  
Ecclesiis , Prælatis & Clericis scientibus vel  
ignorantibus , sub se habuerint ; intra men-  
sem à præsenti statuti publicatione , ea quæ  
ad præsens apud eos sunt & se habere sciunt ,  
vel quocunque tempore , dum innotuerit ipsi-  
se Bona confimilia tenere vel occupare , simili-  
liter intra mensem , eisdem Fabricæ Nostræ  
Coloniensi & Ecclesiis , Monasteriis , Præla-  
tis , Ecclesiarum Rectoribus , aut aliis locis  
piis , restituant atque reddant . Alias ad id ex  
tunc per Excommunicationis sententiam  
compellantur .

#### V. De vita & honestate Clericorum.

Sifridi.  
stat. II.

**S**TATUTUM item bonæ memorie Sifridi  
Quondam Coloniensis Archiepiscopi , Præ-  
decessoris Nostri , inter alia statuta sua de vita  
& honestate Clericorum editum , quod sic in-  
cipit : Ex Concilio Generali statuimus & præ-  
cipimus , ut universi Clerici continenter &  
caste vivant , &c. innovantes , præcipimus  
firmiter observari .

#### VII. De Vicariis , quo ad Versus & Lectiones in Matutinis .

**I**NTELLEXIMUS etiam , quod , quanquam in  
quibusdam Ecclesiis Vicarii aliqui adstricti  
sint suas septimanas servare , celebrando Mis-  
sas in principali seu summo Altari , & cæteras  
Horas quascunque ; Lectiones tamen in Matu-  
tinis legere vel Versus cantare in eisdem Ec-  
clesiis de confuetudine prohibentur : propter  
quæ , occasione Canonorum absentium ,  
contingit interdum , in eisdem Ecclesiis neglig-  
entias fieri , & Matutinas cum cantu penitus  
prætermitti . Attendentes igitur , ablurdum  
esse , quod majora & solemniora ( ut est di-  
ctum ) ipsi Vicariis permittantur , utpote Mi-  
ssarum celebratio in summo Altari , & minima  
denegentur ; ad tollendam negligentiam hu-  
iusmodi , præcipimus Decanis , ut ipsi Vicariis  
eisdem deinceps injungant Versus cantare &  
Lectiones legere , prout viderint expedire ;  
eos , qui ipsis in hoc non paruerint , sicut in  
cæteris , corrigendo , salva correctione contra  
Canonicos , qui in præmissis fuerint negli-  
gentes .

#### VIII. De ætate Presbyterorum Ordinandorum .

**S**TATUIMUS item , ut nullus Clericus secula-  
ris ad Sacerdotii gradum , nisi vigesimum  
quintum annum ætatis suæ attigerit , aliaque  
ad hoc idoneus extiterit , ordinetur ; ut , levi-  
tate juvenili , que prona est ad delictum , trans-  
curfa , Sacerdotes in agendis discretionem ha-  
beant , suo statui congruentem .

Genes. 8.

#### IX. De Concubinariis Clericis .

**Q**UANquam item plures Canones & statu-  
ta edita sint super Continentia Clericali ;  
quia tamen natura prona est & labilis ad in-  
continentiam : idcirco , ut quilibet Clericus ,  
saltem poenæ gravioris formidine , strictius se  
contineat ; statuimus , ut nullus Clericus , &  
nullus omnino Presbyter , Concubinum vel  
in domo sua vel extra publice teneat aut ha-  
beat , cui necessaria administret . Alioqui à  
Divinis noverit se suspensem : & , talibus su-  
spensis celebrantibus , nullus Divina audiat ,  
nec pro Capellanis nec Sociis eos teneat .  
Contrarium facientes , ut desistant , per Ex-  
communicationis sententiam arceantur , salvis  
poenis per bonæ memorie Conradum Archi-  
episcopum Colonensem , Prædecessorem  
Nostrum , contra Concubinarios & Concu-  
binas hujusmodi institutis . Qui vero , relaxa-  
tis \* voluntatum habenis , in lacum miseriae  
& in lutum fecis se immergunt , ut salutis  
æternæ coronam & honestatis normam , &  
sacrarum virginum pudicitiam violare præ-  
sumperint , cujuscunque Regula vel habitus  
monialium tales extiterint ; propter tam flagi-  
tiosum crimen , si carnis commercium teme-  
rarium fuerit subsecutum , Excommunicatio-  
nis sententia ( quam in his scriptis ferimus ) se  
noverint innodos . Sanctimoniales vero ,  
quæ hujusmodi crimen flagitosum perpetra-  
verint , nullatenus deinceps ad Officium ali-  
quod in Monasterio admittantur : sed in si-  
gnum iniquitatis suæ ( salvis poenis , contra ta-  
les sanctimoniales editis , prout hæ in Conci-  
lio venerabilis Patris Domini Conradi Por-  
tuensis & S. Rufinæ Episcopi , olim Aposto-  
licæ Sedis per Alemaniam Legati , sunt pro-  
mulgatae ) taliter à suis Superioribus corri-  
gantur , quod earum correctio alii terrorem  
incutiat , ea amplius non committendi .

Conrad.

statu. I.

for. \* vo-

luptatum.

Conradus

Potensia

et S. Rufi-

ne Episc.

Card. per

Alema-

niam A-

postolica

Sedis Le-

gatus.

#### X. Quod Clericis publica Emenda & poenitentia non sit imponenda .

**I**TEM , cum Clericis publica actio poeniten-  
tiæ sit prohibita ; statuimus , ut in nulla Ec-  
clesiarum Nostræ Civitatis , Diœcesis & Pro-  
vinciæ ,

vicia, aliqua Emenda seu Pœnitentia publica ipsis imponatur, cum ex talibus infames reddantur, sicut in aliquibus Ecclesiis intelleximus observatum: videlicet, quod Canonici & Clerici alii ante Cruces in Processionibus & in Choro, diebus quibus ceteri in albis procedunt, in nigris cappis circumdeunt & incedunt in publico & in facie Laicorum: quod de cætero in virtute sanctæ Obedientiae fieri prohibemus. Sed Superioris eorum, juxta qualitatem delicti, pœnitentias ipsis Clericis imponant, sui Ordini congruentes. Si secus actum fuerit, decernimus, ipsos Clericos ad hujusmodi Emendas publicas non teneri.

XI. *Quod, non nisi Ordinati ad Sacros Ordines, legant Epistolas vel Euangelia.*

**S**TATUIMUS item, ut, non nisi Ordinati legimus ad sacros Ordines, Epistolas vel Euangelia legant, induti vestimentis sacris; cum id obviet Canonis institutis. Contrarium facientes, à suis Decanis puniantur.

XII. *Quod nullus Ecclesiam curatam teneat, nisi ab Episcopo vel Archidiacono instituatur.*

ITEM statuimus, quod nullus Ecclesiam curatam de cætero teneat, vel regendam recipiat, aut suscepit tenere presumat, nisi à Nobis, vel Archidiacono, & corum vices gerentibus (quibus hoc de Iure vel consuetudine competere dinoſcitur) de eadem fuerit legitimè institutus, cum alias non habeat Claves ligandi vel solvendi. Contrarium faciens, nisi dictam Ecclesiam dimittat, monitione viginti dierum præmissa; ex nunc Excommunicationis sententiam (quam in ipsum in his scriptis ferimus) incidat ipso facto; nec plebs ei obediat vel intendat.

XIII. *Quod provisi de Beneficiis autoritate Apostolica, se faciant juxta formam provisionis ordinari.*

**S**TATUIMUS etiam, ut, quibus in Nostra Civitate est de Beneficiis Ecclesiasticis autoritate Apostolica provisum, sic quod ad ea, pro ut onus Beneficiorum corundem requirit, promoveri teneantur, se faciant juxta formam provisionis corundem ad dicta Beneficia promoveri: alioqui ea vacare decernimus, & corundem collationem devolvi ad Superiorum, ut per ipsos intra tempus Iuris de personalis aliis ordinetur. Et, si contra haec Clerici hujusmodi fructus corundem Beneficiorum perceperint, illos suos non faciant, nec ipsis ministrerent: quod in virtute sanctæ Obedientiæ duximus injungendum.

XIV. *Quod fructus Canonicorum suspensorum, decadentium, cedant Ecclesiæ, & non successoribus suspensorum.*

**S**TATUIMUS & hoc, ut, si qui Canonici suspenſi deceſterint, quod propter hoc Ecclesiæ annis gratiæ & eorum fructibus post obitum cuiuslibet ex consuetudine currentibus non fraudentur: sed ipsis Ecclesiis, & non successoribus suspensorum, cedant pro redditibus perpetuis comparandis, ad communem utilitatem Ecclesiæ, ne Ecclesiæ ipſe ex alieno delicto jaſtaram ſentiant in hoc caſu.

XV. *Quod Clericus non leget Concubinis suis vel spuriis annum gratiæ ſue.*

**N**ULLUS item, annis gratiæ abutens, fructus annorum ſuorum, ipius vel Concubinis suis leger aut donet. Contrarium faciens, Ecclesiastica caret ſepultura: & legatum hujusmodi, non teneat in hoc caſu, ſed cedat Ecclesiæ à qua proceſſit.

Item Vicarii Ecclesiæ Collegiarum vel aliarum Ecclesiæ, ad Ordinem, quem onus Beneficiorum ſuorum requirit, à tempore ſuceptorum Beneficiorum promoveantur, & personaliter reſideant in eisdem. Alias eiſdem Vicariis seu Beneficiis, ſi non promoventur, nec personaliter eas defervierint, ipso facto poſt lapsum anni Iuris, impedimento cefante, ſint priuati, & collatores earundem Vicariarum seu Capellaniarum, de ipsis, Personis aliis (id facientibus) ſtudente providere. Idem de Vicariis jam exiſtentibus volumus obſervari, ne votum Christi fidelium, qui hujusmodi Vicarias pro remedio animæ ſuæ, vel pro cultu Divino ampliando, iſtituerunt & dotaverunt eadē, per talium non promotorum & non defervientium negligentiā deſraudetur.

*Quod Vicarii ordinem requiſitum recipiant & personaliter reſideant.*

XVI. *De Campanariis, quod ſint literati, & in Albis ministrent.*

**P**RESBYTERI item, ſub albis, Camifias habent; & Campanarii (quos literatos ſemper afflumi volumus, ut faltem in reſponſionibus communibus Presbytero valeant reſpondere) familiiter tempore Divinorum, Camifias mundis & albis ſint induti, nec quotidianis veſtimentis ſuis in ſuo Officio adminiftrant indecenter: alijs, per locorum Decanos & Plebanos, ad ſui Officii exercitum nullatenus admittantur: quod ipsis Decanis & Plebanis in virtute sanctæ Obedientiæ duximus injungendum.

*Quod*

XVII. *Quod Decani, & Plebani  
locorum, examinent ornamento  
Ecclesie.*

**D**ecani item & Plebani, examinent libros & ornamenta, necessaria ad Divinum cultum in Ecclesiis sibi subjectis; & , ubi necesse fuerit, per conservatores dicta Ecclesiæ & Parochianos, intra mensem post admonitionem eorumdem, suppleri faciant; in rebello Excommunicationis sententiam promulgando.

XVIII. *Quod fructus Canonicorum  
suspensorum cedant Capitulis, non  
singularibus de Capitulo personis.*

**S**tatuimus item, ut fructus Canonicorum suspensorum, durante suspensione eorumdem, cedant Capitulis ad communes usus Ecclesiarum suarum; prout in Ecclesia Nostra Coloniensi observatur; cui expedit in hoc casu cæteras Nostræ Diœcesis & Provinciæ Ecclesiæ conformari: ne ipsi Canonici, sic suspensi, eodem fructus per alias personas singulares, vendicantes sibi ex aliqua consuetudine, immo potius corruptela, iplos competere, recuperent, & per consequens, ad frequentationem Chori per suspensiones hujusmodi nequeant coarctari: si tamen constet, ipsas personas singulares, per dictorum fructuum restitutionem, dare Canonis suspensi occasionem suspensionis hujusmodi non curandi.

XIX. *Quod Ecclesia vel cæmeterium  
non consecrentur, nisi de dotatione  
loci Diœcesano constiterit.*

**I**nhibemus item, ne aliqua Ecclesia vel Cæmeterium, nisi dotatae, (de qua dotatione ante omnia Nobis, seu loci Diœcesano fidem fieri volumus,) amodo consecrentur.

XX. *Quod Parochiani non nisi à suo  
Plebano communionem recipiant.*

**S**tatuimus item, ut nullus Parochianus ab Salio, quam à suo vero Plebano, communionem recipiat, nisi de hoc privilegiis authenticis sit munitus. Contrarium facientes, à perceptione Corporis Christi abstineant, quousque ipsi Plebano satisficerint de contemptu.

XXI. *Quod non fiant imprecatio[n]es,  
nec cantetur Media Vita, contra ali-  
quas personas.*

**P**rohibemus item, ne, in aliqua Ecclesiærum, Nobis subjectarum, imprecatio[n]es

fiant, nec decantetur Media Vita, contra aliquas personas, nisi de Nostra licentia speciali; cum Nostra interfit, discutere, quando sint talia facienda.

XII. *De Matrimoniis clandestinis.*

**P**rohibemus item, ne quis Matrimoniis clandestinis interfit, & quod proclamations fiant ubique de Matrimonio contrahendis. Et, si qui contrarium fecerint, & in Excommunicationis sententias inciderint; absolutiones talium, Nobis seu Nostro Officiali specialiter refervamus.

XIII. *Quod annus Domini de cæ-  
tero in Nativitate Domini observetur  
& innovetur.*

**S**tatuimus etiam, ut ex nunc de cætero annus Domini obseretur, & in Nativitate Christi innovetur quolibet anno; prout sacra Romana Ecclesia id observat, quæ est omnium Ecclesiarum caput & magistra: ut errores & difficultates (qui propter diversitatem inceptionis anni Nativitatis ejusdem multoties evenierunt) de cætero evitentur.

XIV. *De tabellionibus.*

**S**tatuimus item, ut tabelliones seu Notarii publici, quoties alicui appellationi, protestationi, aut provocationi, aliive actui in publico faciendo interfuerint, provideant sibi, ut Officiali Nostro, seu judici, aut aliis, coram quibus appellant, dent sub eodem contextu copiam appellationis sub expensis appellantis: quas appellatis seu provocatis & protestatis aliqua fieri volumus, ut iudex, an deferat appellationi necne, deliberare valeat, ne ipsis judicibus, qui limitatum terminum super hoc à Iure habent, currat tempus.

Item, cum Officium tabellionatus sit publicum, præcipimus, ut quilibet tabellio, instrumenti confecti per ipsum, intra sex dies, postquam ex parte illius, cuius interest, fuerit requisitus, sub expensis partis hoc requirentis, quas per taxationem Curia Nostræ & Diœcesani cujuslibet taxari volumus, copiam sub figillo suo det & assignet. In quibus duobus articulis si tabelliones negligentes fuerint, & de hoc constiterit per rei evidentiam aut alio modo, ac ipsis appellantibus seu protestantibus hujusmodi facere contempserint, ex tunc Excommunicationis sententiam incident, cuius relaxationem Nobis specialiter refervamus.

XV. *De Sacramentis.*

**I**tem statutum piæ memorie Sifridi Coloniensis Archiepiscopi, prædecessoris Nostri, de

de septem Sacramentis, inter alia statuta sua editum; quod incipit, Statuimus ut Baptismus honorabiliter celebretur, &c. in omni sua forma, pro instructione simplicium Clericorum, qualiter in administratione eorumdem Sacramentorum se habere debeant, voluntus & præcipimus observari.

**XXVI. Quod Plebanis non denegetur  
Chrisma vel Oleum sacrum.**

**S**TATUIMUS ETIAM, ut nullis Plebanis Christma vel Oleum facrum, ab his qui haec ad ministrare solent, occasione cujusvis petitionis Cathedratici seu Synodatici non soluti, denegetur vel subtrahatur: cum necessarium sit, in Vigilia Paschæ & aliis temporibus, pro renovatione fontis Baptismatis, haec in Ecclesiis haberi: sed ad solutionem prædictorum, dicti Plebani, si neccesse fuerit, viis aliis compellantur, ne Parochianis, ex alieno delicto, Sacraenta prædicta, quæ gratis dari debent, indebite subtrahantur.

**XXVII. De statu Religiosorum.**

ITEM STATUIMUS, ut Religiosi, Ordinis B. Benedicti Abbatis, in crastino Exaltationis sanctæ Crucis, omni anno celebrent Concilia sua in Civitatibus Cathedralibus, & in Monasteriis sui Ordinis, si qua sunt in eisdem; alias in vicino, in aliqua Ecclesia dictæ Civitatis, quam ad hoc viderint sibi aptam. Ad quod Concilium Abbates singulorum Monasteriorum, quilibet eorum cum duobus Monachis, veniant; & habeant inter se duos Superiores Abbates Ordinis sui dictæ Diœcesis, qui pro curent ibidem legi Regulam B. Benedicti, & Provinciale Concilium bonæ memoriae Domini Conradi Coloniensis Archiepiscopi Prædecessoris Nostri super statu & Regulari disciplina dicti Ordinis, per ipsum olim obser vatum. Quod quidem Concilium sic incipit:

In nomine Domini, Amen. Conradus Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiae Archiepiscopus: Saluti & bono statui omnium, cuiuscunque professionis seu Ordinis, sed Novorum domesticorum maxime, debitores existentes in Domino, sicut in Nostra visitatione negotium informationis & correctionis de Clericis per statuta Canonica expedivimus competenter, ita de Monachis fatagentes id ipsum suo modo, quo competens fuerit, expedire: in primis statuimus, quod omnium Monasteriorum nigri habitus Monachi Ordinis S. Benedicti, Divinum Officium in cantando & legendendo, secundum quod Regula ejusdem S. Benedicti præcipit, exequantur: & sic finit, Datum & pronunciatum Colonæ quarto Idus Martii, Anno Domini 1260. Quæ etiam statuta sunt ab aliis Prædecesso-

ribus nostris de Observantia Regulæ, ibidem legantur; &c. si qua pro Monasteriorum dicti Ordinis statu, & correctione fratrum rebellium, ac Divini cultus ordinatione, ordinanda sunt, ordinentur; &c. quæ ibidem definita secundum eorum Regulam fuerint, observentur. Si qui vero Monachi rebelles fuerint, nec per Abbates corrigi possent, illos Nobis vel loci Dioceſano volumus praesentari.

**XXVIII. Item de Monachis &  
Monialibus.**

**S**I qui etiam Monachi vel sanctimoniales Beatorum Benedicti & Augustini Ordinum, præter Superioris licentiam, bona mobilia apud se vel apud alios in deposito, negotiationis aut alia de causa, habuerint, illa suo Superiori & Conventui resignent, & eisdem ad cautelam quolibet anno intra quindenam ante festum Paschæ intiment, specificent, revelent & demonstrent, & ad manus ejusdem Superioris Abbatis, in praesentia Conventus, resignent penitus atque tradant Monachi & Moniales ejusdem. Contrarium facientes, seu qui bona hujusmodi dolo defierint possidere, excommunicentur & puniantur secundum inde statuta. Et quicunque alii utriusque fexus homines, præfata bona sub quovis nomine sub se habuerint, tales, nisi eadem bona intra mensem, simili modo ad manus Superioris ejusdem, Monachi vel Moniales reportent & resignent, Excommunicationis volumus sententiam incurgere eo facto.

*Item de eisdem.*

Item præcipimus & statuimus, ut Monachi & moniales, in Civitatibus atque villis, absque Religionis habitu non discurrant: nec ullus Monachus seu monialis in pluribus Monasteriis, quam in uno, Dignitates, Personatus seu Officia & Præbendam obtineat: sed, recepta secunda Dignitate, Personatu, Officio cum Præbenda, Collator prima Dignitatis, Personatus, Officii & Præbendæ prioris, eam seu eas alii conferat intra tempus Iuris: nec Monachis vel monialibus prædictis, tempore absentia suæ, fructus cedant suarum Præbendarum: quia sic viderentur aliquid proprii possidere. Sed Monachis, ad stundendum aptis, de fuorum Superiorum prævidentia poterit de necessitatibus provideri.

*Item adhuc de eisdem.*

Item statuendo prohibemus, ne in aliquo Monasterio Monachorum vel Monialium, cuiuscunque conditionis vel Regulæ existant, in receptione vel admissione Monachi seu sanctimonialis ad ipsum Ordinem, pecunia exigatur, vel pro receptione talis personæ ad Religionem, pacta, conditiones aut conventiones de pecunia vel alia re temporali ipsi Religiosi faciant, quovis nomine vel colore ad

ad hoc quēsito: quod ipsis omnibus & singulis in virtute sanctae Obedientiae duximus injungendum. Sed id, quod ex post facto parentes & amici personae recepta, pro Ecclesiastica & devotionis causa, absque pacto liberè contulerint, recipere valeant; dum tamen id fiat pure & simpliciter sine fraude.

*Item quarto de eisdem.*

Cæterum statuimus, ut Moniales ipsæ, sub perpetua in suis Monasteriis Claustra manent, ac nulli (nisi de illius, ad quem pertinuerit, speciali licentia) ingressus vel accessus pateat ad easdem: ut sic, à publicis & mundanis conspectibus separatae, Domino liberius servire valeant, ac, lasciviendi opportunitate sublata, ipsis Domino Iesu Christo, cui integratam iuam spontanea voluntate devovrant, corda & opera sua in omni sanctimoniam custodiant; juxta Constitutionem D. Bonifacii Papæ VIII, quæ incipit: Periculoso & destabiliti quarundam Monialium statui, &c. quam in præmissis, & aliis in eadem constitutione contentis, volumus & præcipimus firmiter observari. Nulla etiam mulier solemnè votum Continentiae emittat, quæ non elegerit sub clausura certa vel approbata alicujus Ordinis remanere: ne, propter levitatem sexus, si in seculo remanerit sicut prius, continentiae votum dissolvens, gravius delinquat in hoc casu: nisi ad talen ætatem pervenerit, quod de continentia virtio amodo contra ipsam suspicio non habeatur.

Quia vero, per præsentia statuta Nostra Provincialia, communi utilitatib[us] Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum, pro conser-

yatione libertatis earundem, ac repressione ipsis infestantium, ut speramus, autore domino salubriter providetur; præcipimus & mandamus in virtute sanctæ Obedientiae, ut statuta Nostra ab omnibus Ecclesiasticis & Ecclesiasticis personis, Nobis subditis, & in hoc Concilio nostro congregatis, inviolabiliter, fraude & dolo seculis, firmiterque observentur. Alias post tres menses à publicatione præsenti statutorum corundem, volumus, venientes contra ipsa, ex tunc poenas incurrire, contentas in eisdem.

Et, ne quemquam ipsa statuta lateant, vel latere possint; statuimus, ut Collegia, Capitula, Conventus, Monasteria, Decani, Ecclesiasticorum Rectores, & cæteri quorum interest, intra dictos tres menses à publicatione statutorum ipsorum, copiam recipient & sibi procurent corundem. Alioqui ipsos, qui in hoc culpabiles extinerint, ex tunc suspendi volumus ab Officio Divinorum.

Actum, pronuntiatum, & datum in Palatio Nostro Coloniensi, præsentibus Venerabilibus Patribus, Guidone Traiectensis, Engelberto Ostiabrugensis, Godefrido Mindenensis, Ecclesiasticorum Episcopis, nec non Nunciis solemnibus Venerabilis Theobaldi Leodiensis Episcopi, & Capituli Monasterienis, Sede ipsa vacante; ac Praelatis & Clero Nostræ Civitatis & Diœcesis Coloniensis, in dicto Concilio solemniter congregatis, in crastino Dominicæ Invocavit, nec non Feria tertia & quarta sequentibus, Concilio ipso durante, Anno Domini M CCC X.

## C O N C I L I V M P R O V I N C I A L E E I V S D E M D. H E N R I C I , S. C O L O N I E N S I S E C C L E S I A E A R C H I E P I S C O P I , H A B I T U M A N N O D O M I N I M C C C X X I I .

*Dicæsana D. Engelberti Statuta, hoc in Concilio facta sunt Provincialia.*

**H**ENRICVS, Dei gratia, sanctæ Coloniensis Ecclesiae Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, Sacro præsente Provinciali Concilio, ad perpetuam rei memoriam.

R eipublicæ curam gerentes, illud affectanter in corde gerimus, ut nostris subiectis pacem, quietem, & tranquillum statum præparemus, ac, nunc novorum editione, nunc antiquorum extensione decretorum, libertatem ac immunitatem Ecclesiasticam conservemus,

*Archiepiscopi hujus erga subditos suis & rempublicam, potissimum vero Ecclesiasticam, affectus prius ac veltem, mem.*

ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. 85

- vemus, ac insurgentium contra ipsam conatus & appetitus noxios, etiam poenarum adjectiōnibus refrenemus. Sane jam dudum felicis recordationis D. Engilbertus, Colonensis Archiepiscopus, Prædecessor Noster, speculator providus, & subditorum suorum Defensio inclitus, ad manutenendam & defendendam libertatem & immunitatem Ecclesiarum & Ecclesiasticarum Personarum, ac corum qui in fortem \* Domini sunt vocati, complura (ultra provisiones tam Iuris Canonici quam Civilis) statuta Synodalia, non tam salubria & utilia quam necessaria, promulgavit; eaque poenarum adjectiōnibus, sicut erat expediens, vallavit provide & consulte. Quæ de consilio & consensu Nostri Capituli Colonensis, ac venerabilium Patrum Dominorum \* Godefridi Osnaburgensis, \* Godefridi Mindensis, ac Procuratorum venerabilium Dominorum Adolphi Leodiensis, & \* Lodovici Monasteriensis Ecclesiarum Episcoporum, Nostrorum Suffraganorum, & Procuratorum Ecclesiarum Traiectensis, ipli Traiectensi Sede vacante, in præsenti Nostro Concilio Provinciali congregatorum, salvis prædictorum Suffraganorum Nostrorum statutis Synodalibus, si quæ habent, eis & eorum Ecclesiis, Monasteriis, & piis locis, Ecclesiasticisque personis, plenius providentibus; quibus per præsentes præjudicare non intendimus, sed ea in suo robore volumus permanere: autoritate præsentium duimus approbanda, innovanda, & autorizanda, ac ad totam Nostram Provinciam, ut uniformitas in ea inducatur, in omnibus suis modo & forma & tenoribus extendenda: ipsaque ad totam Nostram Provinciam extendimus per præsentes; decernentes, ea, ut Provincialia statuta & decreta, amodo debere firmiter teneri & observari. Quorum quidem statutorum tenor, de verbo ad verbum, dincitur esse talis.

C A P I T V L A  
S E V R V B R I C A E  
S T A T V T O R V M  
Ecclesiarum Colonensis,  
Editorum à bonæ memorie  
D. ENGILBERTO  
Archiepiscopo Colonensi;  
Quæ facta Provincialia per  
D. HENRICVM  
Archiepiscopum Colonensem.  
C Ontra eos, qui manus in Clericos vel personas Ecclesiasticas injiciunt temere violentas. 1

- Contra incendiarios & effraetores Ecclesiarum & Monasteriorum, & bonorum Ecclesiasticorum. 2  
Contra Violatores immunitatum & Dotum Ecclesiarum. 3  
Contra raptos & invasores Bonorum Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum. 4  
Contra detentores seu subractores Decimarum. 5  
Contra Nobiles, in expeditionibus damna personis Ecclesiasticis in Curtibus earum inferentes. 6  
Contra illos, qui se de Bonis Clericorum, sive in vita sive in morte, intromittunt. 7  
Ut Bona Clericorum transeant sine telonio libera & absoluta. 8  
Ne Clerici vel Religiosi trahantur ad judicium secularis. 9  
Contra Clericos, qui personas Ecclesiasticas ratione Bonorum suorum vocant ad forum secularare. 10  
Contra eos, qui Clericos quacunque ratione ad forum secularare traxerint. 11  
Ut similiter contra occupantes & arrestantes Bona Ecclesiarum procedatur. 12  
Ut Iudices Ecclesiastici & Prælati Ecclesiarum, Laicis, contra Clericos causam habentibus, faciant iustitiam expeditam. 13  
Contra impudentes & turbantes celebrationes sanctorum Synodorum. 14  
Ut Prælati jurisdictione sua libere usantur in terminis, eorum jurisdictioni subjectis. 15  
Ut Iudices Ecclesiastici fraudem in judiciis suis non committant. 16  
Ne judices Ecclesiastici se de causis ad forum secularare spectantibus intrromittant. 17  
Contra impudentes Ecclesiasticorum Iudicum jurisdictionem & executionem sententiæ. 18  
Contra eos, qui Clericos non sine violenta manuum injectione capiunt & detinent. 19  
Processus forma contra eosdem. 20  
Si propter captivitatem Clerici, locus aliquis per mensem manserit interdiutius. 21  
Si Decanatus per quindenam maneat interdiutius. 22  
Si, captivantes Clericum, per duos menses excommunicati fuerint. 23  
Ne filii vel filia Clericos captivantum, & per annum excommunicatorum, ad Ordines vel ad Beneficia admittantur. 24  
Ut feuda Ecclesiastica ab his, qui per annum contumaciter Excommunicationem sustinuerint, ad Ecclesias revertantur. 25  
Mitigationes pro fratribus & sororibus ac aliis personis factæ, si se voluerint intra annum Canonicæ expurgare. 26  
Si Clericum in alia Diœcesi capi, vel, in ista capsum, ad aliam Diœcesim deduci contingat. 27  
Contra occisores & mutilatores Clericorum. 28  
Contra occisores Clericorum, per annum in Excommunicatione existentes. 29  
Contra eos, qui minas intulerint personis Ecclesiasticis de corpore vel de rebus. 30  
Contra eos Clericos, qui sacrilegium in Clericos committere non verecuntur. 31

H

Con-

- Contra Clericum, qui, occasione aliquipus quæstionis, Clericum aliquem captivaverit. 32  
 Contra Clericos, qui muriam vel occidunt Cler. 33  
 De litigantibus super una Præbenda in aliqua Ecclesiæ Diœcesis Coloniensis. 34  
 Ne aliquis Clericus sacrilegis seu excommunicatis aut usurariis assilat, vel eos defendat. 35  
 Ne Clerici, Capellani Nobilium excommunicatorum, cum ipsis dominis suis ultra mensem permaneant. 36  
 Contra eos, qui sententiam Excommunicationis damnabiliter vilipendunt. 37  
 Contra computrescentes in Excommunicatione ultra annum, quomodo procedendum. 38  
 Ut Prelati & quelibet Ecclesiastice personæ ad observationem statutorum istorum fideliter tenentur. 39  
 Contra Clericos, in executionibus sententiæ remissos, & sententias ipsas modo debito non servantes. 40  
 Contra eos, qui in loco interdicto celebraverint. 41  
 Ut, percepto forefacto, statim cesserit à Divinis, ne quis possit se per crassam ignorantia excusare. 42  
 Ut hæc statuta ad personas Ecclesiasticas cuiuscunque Ordinis extendantur. 43  
 Ut hæc statuta, ne aliquem latere possint, tam in Capitali quam in aliis locis, sèpius publicentur. 44  
 Ut nomina sacrilegorum, posita in Registro, sèpius recitentur. 45

STATVTA  
D. ENGILBERTI  
ARCHIEPISCOPI  
COLONIENSIS.

*In Nomine Domini, Amen.*

**E**NGILBERTVS, Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italianum Archicancellarius. Quamvis ad manutenendam ac defendendam Immunitatem, & ad conservendum Ius & libertatem Ecclesiæ ipsarum & Ecclesiasticarum personarum, & eorum qui in fortem Domini sunt vocati, plurima tam Canonica quam Legalia edita sint Statuta, & diversæ etiam à diversis Nostris Prædecessoribus ac Majoribus super hoc Provisiones emanarint; tamen, quia excrescente malitia quorundam, zelum Dei non habentium, nova gravamina, exactiones & adinventiones pravas & detestabiles contra Ecclesiæ Dei & Ecclesiasticas personas machinantur, ipsa Ecclesia per Statuta & provisiones hujusmodi, à suis oppressionibus, quas patitur à diversis, nullatenus fublevatur: Nos, considerantes, quod contra diversas & innumerabiles tribulationes & injurias, quas à nonnullis (qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, & solo nomi-

ne se gloriantur Christianos,) Ecclesiæ & Ecclesiasticis personis frequenter, & maxime modernis temporibus, inferuntur, paucissimi, immo nulli etiam Ecclesiæ Devotorum se opponunt, licet ex debito omnes ad hoc sint obligati, & maxime locorum moderatores & Iudices seculares, qui ex Imperiali etiam Constitutione, ad ulciscendum Ecclesiæ & Ecclesiæ Ministeriorum injurias in sacrilegos sunt adstricti, non expectato quod ab eis ultio injuriarum exposcat; propter quod contingit, malos in malo plus animari, & Ecclesiæ, cum non si qui confoletur eam, sentire in rebus & personis multiplex detrimentum. Volentes itaque incuribus malorum, se erigentium ex adverso contra Ecclesiæ Dei & Ecclesiasticam libertatem, coercitione, qua possumus, obviare; salvis & in suo robore duraturis Constitutionibus & Ordinationibus Prædecessorum Nostrorum, per quas Ecclesiæ & Ecclesiasticis personis in suis Libertatibus est prospectum; quas nos innovamus & approbamus, & precipimus per Nostram Civitatem & Diœcesis inviolabiliter observari; salvis etiam Iuribus Prælatorum & Ecclesiæ consuetudinibus, licitis & honestis Electionibus, tam in Prælaturis quam aliis Beneficiis, correctionibus & Ordinationibus, ac aliis libertatibus hucusque in Ecclesiæ habitis & servatis; quæ omnia & singula ipsis Ecclesiæ & Ecclesiasticis personis confirmamus, & firma ac illibata volumus permanere: De communī consilio & assensu Capituli Nostrī & omnium Prælatorum & Ecclesiæ & Cleri Civitatis & Diœcesis Coloniensis, & ad illorum sollicitam instantiam, ut Præsumptorum coerceatur audacia, & possint viri Ecclesiastici tuti inter improbos Divinis Obscuris ferventius infidare;

I. *Contra eos, qui manus in Clericos vel Personas Ecclesiasticas injiciunt temere violentas.*

Statutimus, ut sacrilegi, qui, suadente diabolo, Dei timore postposito, manus injiciunt in Clericum vel alias personas Ecclesiasticas & Religiosas, temere violentas, & ex hoc incidunt in Excommunicationis sententiam. Canononis jam prolati, per frequentem denunciationem & communionis denegationem, Reconciliationis gratiam querere, & de offensa satisfacere compellantur: cum de injectione hujusmodi constituerit per facti evidentiam, vel publicam famam, vel aliam fidem, coram loci Ordinario faciendam per juramentum injuriam passi, si fuerit persona honesta & fide digna; vel per testes in loco, in quo sacrilegi domicilium habuerint, & in quo sacrilegium committitur: si committens, dominus loci fuerit, cesserit à Divinis; & ipsi sacrilegi per omnes Ecclesiæ Conventuales & Parochiales ac Capellas Civitatis Coloniensis (si injuria in

in Civitate committatur) singulis diebus Dominicis & Festivis excommunicati publice & nominatim, si eorum nomina sciri poterunt, alioqui in genere, nuncientur. Si injuria extra Civitatem committatur, similiter denuncientur per omnes Ecclesias, Conventuales, Parochiales, ac Capellas Decanatus illius, vel etiam Archidiaconatus, in quo hoc contingit. Ita tamen, quod nihilominus ad denunciacionem eorundem, pro ipso forefacto ubicunque commissio, & intra Civitatem & extra, ultra procedatur per loci Ordinarium, prout hoc visum fuerit expedire. Si vero dicti sacrilegi, per mensem, hujusmodi denunciationem sustinuerint, minime satisfacientes, ex tunc singulis diebus Dominicis & Festivis, campanis pulsatis & candelis extinctis, per omnes Ecclesias Conventuales, Parochiales & Capellas Civitatis (si in Civitate contingit) seu Decanatus vel Archidiaconatus illius loci, excommunicati publice nuncientur; sicut de incendiariis Ecclesiarum est praemissum. Et, si per sex menses in Excommunicatione contumaciter persistent, si habent Districtus, illi sint ex tunc interdicti: aliorum autem, districtus non habentium, domini moneantur; & procedatur sicut superioris de injectoribus manuum continetur.

*Forefactum, pro maleficio sumitur. Excommunicatos denunciandi quis olim mandus.*

Quod si per dimidium annum in Excommunicatione persistenter, hujusmodi Denunciationibus vilipensis, si Laici Nobiles fuerint hujusmodi sacrilegium committentes, Terra eorum & Districtus, si eos habuerint, ipso facto Ecclesiastico suppositi sint Interdicto: quod nullatenus relaxetur, nisi de commissio fuerit legitime satisfactum. Si autem fuerint alii quam Nobiles, domini Terræ, in quorum Districtibus manent, ex tunc moneantur per loci Ordinarium, ut dictos sacrilegos compellant per Bonorum, quæ in suis habent districtibus, subtractionem, vel quemcunque alium modum, ut ipsi sacrilegi satisfaciant, & Absolutionis Beneficium requirant. Et, si ipsi domini in hoc negligentes fuerint, ex tunc per Loci Ordinarium excommunicentur: quod si sustinuerint animo indurato usque ad annum, ex tunc Terra eorum Ecclesiastico sit supposita interdictio. Salvis penitentiis contra delinquentes hujusmodi & participantes constitutis; ad quas procedant nihilominus, prout hoc visum fuerit expedire.

## II. *Contra incendiarios & effractores Ecclesiarum & Monasteriorum, & Bonorum Ecclesiasticorum.*

Contra incendiarios autem & effractores Ecclesiarum & Monasteriorum, cum ipso facto sint excommunicati, eodem modo procedi statuimus & mandamus; adjacentes, ut, si habuerint terram vel districtum, illa, post tres menses a tempore perpetrati criminis, Ecclesiastico supposita sint interdicto. Cum autem incendiarii aliarum rerum & Bonorum Ecclesiarum & Monasteriorum, sint, tanquam sacrilegi, excommunicandi: statuimus, ut tales moneantur nominatim (si eorum nomina

sciri potuerint, alioqui in genere,) per Ordinarium loci, in quo committi contingit hujusmodi forefactum, ut intra septem dies à die monitionis satisfaciant: alioqui idem Ordinarius ex tunc sine dilatione ipsos excommunicet, & excommunicatos denunciet, & faciat denunciari in locis ubi hoc visum fuerit expedire; ita quod, nisi intra quindenam à tempore excommunicationis & denunciationis <sup>Quindens</sup> faciasfecerint, ex tunc singulis diebus Dominicis & Festivis, campanis pulsatis & candelis extinctis, per omnes Ecclesias Conventuales, Parochiales & Capellas Civitatis (si in Civitate contingit) seu Decanatus vel Archidiaconatus illius loci, excommunicati publice nuncientur; sicut de incendiariis Ecclesiarum est praemissum. Et, si per sex menses in Excommunicatione contumaciter persistent, si habent Districtus, illi sint ex tunc interdicti: aliorum autem, districtus non habentium, domini moneantur; & procedatur sicut superioris de injectoribus manuum continetur.

## III. *Contra violatores immunitatum & dotum Ecclesiarum.*

Statuimus item de his, qui violent Ecclesiarum immunitates seu Dotes, ut violatores hujusmodi, videlicet qui hominem de immunitate seu dote extraxerint, vel aliam rem abstulerint, vel modo alio eam presumperint violare, quos tanquam sacrilegos in his scriptis excommunicamus, simili modo quo diximus de incendiariis Bonorum Ecclesiarum, publice excommunicati denuncientur. Et, si plures fuerint, vel judex secularis sit, qui hujusmodi violentiam fecerint, locus in quo tales domicilium habuerint, sit ipso facto interdictus: & in loco, ubi immunitas lœsa est, cesseretur à Divinis.

## IV. *Contra raptiores & invasores Bonorum Ecclesiarum & Ecclesiasticorum personarum.*

Atque ad reprimendum importunam præsumptionem raptorum, prædonum & invasorum Bonorum ac rerum Ecclesiarum, Monasteriorum, & Ecclesiasticarum personarum: statuimus, ut quilibet locus seu Parochia Nostræ Civitatis vel Diecesis, ad quem vel ad quam ipsi raptiores, prædones & invasores pervenerint, seu præda, spolium vel rapina deducta fuerint, vel ubi præda ipsius emptor fuerit, ipso facto sit Ecclesiastico suppositus Interdicto: & quamdiu ibi fuerit, cessetur penitus à Divinis. Et, si per triduum ibi steterint, licet ex tunc recesserint, vel ad alia loca se transtulerint, vel præda seu spolium \* alias deductum fuerit, nihilominus Parochia seu locus, in quo triduo manserint, vel ubi præda consumpta fuerit, maneat per duos menses interdi-

H 2

\* alio

terdictus, nisi medio tempore fuerit satisfactum. Prædones autem, raptori & invasores hujusmodi, & corum receptatores ac adjutores, nec non & prædarum emptores, per Ordinarium monentur nominatum, si eorum nomina sciri poterunt, alioqui in genere, ut, intra triduum post monitionem, ipsam prædam, spolium vel rapinam restituant, & condigne satisfaciant: alioqui, tanquam sacrilegi, sententiam excommunicationis, quam nunc ferimus in his scriptis, ex tunc incurant ipso facto, & excommunicati per locorum Ordinarios & eorum Plebanos nuncientur. In qua Excommunicatione si, satisfactione neglecta, duraverint per quindenam, ex tunc per omnes Ecclesiæ Conventuales & Parochiales Decanatus illius in quo rapina committitur, & ubi ipsi sacrilegi domicilium habent, vel etiam (si opus fuerit) Civitatis & aliorum locorum campañis pulsatis & candelis extinctis, usque ad satisfactionem condignam nuncientur excommunicati singulis diebus Dominicis & Festivis. Quod si per dimidium annum in Excommunicatione contumaciter perfriterint, ex tunc subjeante penis, expressis superius contra eos qui manus in Clericos injiciunt violentas: & secundum hoc, ut ibi diximus, procedatur.

#### V. Contra detentores seu subtrahentes decimarum.

*Decima ad quid instituta.*

Item, cum sacrilegi censeantur, qui injuriosè subtrahunt vel auferunt tributa egentium animarum, videlicet Decimas, ad hoc à Domino institutas ut sint cibus in domo Dei, & eas Ecclesiæ, quibus debentur, non perfolvunt, surreptores multorum Bonorum, quæ ex justa solutione Decimarum solent, Domino largiente, omnibus evenire, & incitatores sterilitatis, pestilentia, tempestatis, & aliorum malorum, quæ frequenter eveniunt ex subtractione earundem: Statuimus, ut hujusmodi sacrilegi, ac detentores & raptori decimarum tam Novalium quam aliarum, (quos Nos in his scriptis excommunicamus) per omnes Ecclesiæ Parochiales Nostræ Civitatis & Diœcesis, per totum circulum cuiuslibet anni, qualibet mense, uno die Dominicæ vel Festivo, campanis pulsatis & candelis extinctis, excommunicati publice & \* distinctè per rectores Ecclesiæ nuncientur; & nihilominus ad ulteriora procedatur per loci Ordinarium, si visum fuerit expedire.

*Decima in novalibus.*

\* distinctè per Provi-  
fores Ec-  
clesiarum

*Curtis, prochorus.*

#### VI. Contra Nobiles, in expeditionibus damna personis Ecclesiasticis, in Curtibus earum, inferentes.

*Grangijs,  
id est, fin-  
ibus, seu  
terminis à  
voca Teu-  
tonica*

Statuimus item, quod, quicunque Nobiles vel alii, ad prælia vel ad alias Expeditiones processuri, jacuerint in Grangijs, Curtibus seu Possessionibus vel Bonis Ecclesiæ vel Ecclesiasticarum Personarum, vel Monachorum

cujuscunque Ordinis, aut fecerint ibidem dannæ vel rapinas, nisi intra mensem post monitionem, à Capitulo, & Prioribus Colonensis, qui prælentes fuerint, faciendam, de dannis, rapinis & injuriis irrogatis, satisfaciant læsis & damnum passis, iplo facto sint excommunicati excommunicatione, quam in ipsos ferimus in his scriptis: & excommunicati publice usque ad satisfactionem condignam, ubi & quando expedire videbitur, nuncientur; &, ulterius crescente contumacia, contra eos procedatur, sicut contra Bonorum Ecclesiæ invasores superius est expressum.

*Grenzen  
(ut video-  
tur) fi-  
ciuntur.*

#### VII. Contra illos, qui se de Bonis Clericorum, sive in vita sive in morte, intromittunt.

Statuimus item, ut nullus Laicus, cujuscunque dignitatis vel conditionis existat, de Bonis Clericorum, sive in vita sive in morte, se intromittat: sed quilibet Clericus de Bonis suis, sicut in vita ita & in morte, testamentum suum faciendo, & de rebus suis disponendi per se vel per alios quibus hoc commiserit, liberam habeat facultatem. Et illos, qui contra hoc statutum de Bonis & rebus Clericorum decentium, auctu sacrilego se ingesserint, nisi sine iplorum Clericorum manufideles, seu ultimatum Executores voluntatum, ex nunc sententiâ Excommunicationis innodamus. Et per locorum Ordinarios, præcipimus, excommunicati publice usque telonio libera & absolta.

#### VIII. Ut Bona Clericorum transeant fine telonio libera & absoluta.

Statuimus etiam, ut Bona Ecclesiæ & Ecclesiasticarum Personarum Civitatis & Diœcesis Colonensis, sint & maneant in omni loco, tam in Civitate quam extra, & transeant, tam in Terris quam in Aquis, absque telonio & qualibet exactione, & sine omni impedimento, libera & penitus absoluta. Si qui vero contra hoc venire præsumperint, contra ipsos, tanquam contra invalores & raptori Bonorum Ecclesiæ, de quibus supradictum est, procedatur.

#### IX. Ne Clerici vel Religiosi trahantur ad judicium seculare.

Item, cum Clerici vel Religiosi coram judicio seculari non debeant in causam trahi, suo vel Ecclesiæ vel alicuius alterius nomine, nec à Laicis contra eos sententia dictari; hoc fieri, sub intermissione Excommunicationis (quam

*Pena  
Laici, tra-  
bentis Cle-  
ricum  
ad forum  
seculare.*

(quam ferimus in his scriptis) firmiter prohibemus: statuentes, ut, si Laicus Clericum vel Religiosum ad Forum traxerit seculare, idem Laicus omnino cadat à causa; & nihilominus per Ordinarium ipsius excommunicatus denunciet publice usque ad satisfactionem condignam.

Præterea Iudex secularis & Scabini loci, in quo contingit hoc, per Ordinarium ipsius loci moneantur, ut de tali se causa nullatenus intromittant; penitus desistendo & revocando intra triduum, si in aliquo, occasione hujusmodi, in præjudicium iphus Clerici, vel Religiosi est processum. Alioqui ipsi Iudices & Scabini per eundem Ordinarium sine dilatione qualiter excommunicentur, & excommunicati publice usque ad satisfactionem condignam nuncientur. In qua excommunicatione si per quindenam perduraverint, locus ille sit ex tunc Ecclesiastico suppositus interdicto: quod non relaxetur, nisi prius sufficienter sit satisfactum passio injuriam, ac Nobis, & Ecclesiæ. Et judicatum, si quod contra ipsum Clericum & Religiosum est factum, & si quid aliud subsecutum est, sit penitus revocatum.

#### X. Contra Clericos, qui personas Ecclesiasticas, ratione Bonorum suorum, vocant ad judicium seculare.

*Pena  
Clerici.*

**S**I vero Clericus Clericum in foro seculari, suo vel Ecclesiæ vel alterius cuiuscunque nomine, in causam traxerit, causam amittat. Et, si monitus ab Ordinario, in continentia non defiterit, ac intra septem dies non satisficerit in causam tracto, Nobis, & Ecclesiæ competenter; ab Officio vel Beneficio sit suspensus ipso facto, donec satisficerit competenter. Et, si, in suspensione hujusmodi durante, se ingesterit Beneficio vel Officio, ab eodem Ordinario excommunicetur, & excommunicatus publice nuncietur. Et, si in hujusmodi contumacia & excommunicatione per tres septimanas permanferit, ex tunc Beneficio, si quod habet, cum cura vel sine cura, ipso facto sit privatus, & ad idem Beneficium nihilominus inhabilis ad rehabendum existat; si vero Beneficium aliquod non habuerit, sit inhabilis ad habendum. Contra Iudicem vero & Scabinos, qui se de hujusmodi iudicio vel causâ intromiserint, procedatur, sicut superius in proximo Capitulo est expreßum.

#### XI. Contra eos, qui Clericos, occasione quaunque, ad forum seculare traxerint.

**I**Tem damnamus & sub interminatione A-nathematis prohibemus detestabile statutum, immo errorem, à quibusdam Laicis contra libertatem Ecclesiasticam introductum; videlicet ut, si Laicus causam haberet contra

Clericum, vel Ecclesiæ Conventualem seu Monasterium, seu quamcunque aliam domum Religiosam, idemque Clericus vel Ecclesia possessiones vel alia Bona habet in districtu Iudicis secularis, Laicus ipse vel Iudex compellit Clericum vel Ecclesiæ coram seculari Iudicio litigare ratione possessionum vel Bonorum eorundem; & ipse Iudex secularis diem assignat Clerico vel Ecclesiæ ad litigandum coram eo; ad quem si non venerit, sicut nec tenetur, vel, veniens, coram eo noluerit litigare, bonis suis privat eundem, plurimas alias abusiones in his & consimilibus committing: statuimus, in hoc casu idem tam contra actorem, quam judicem & Scabinos, observari, quod diximus de Clerico Clericum trahente ad judicium seculare. &, judicibus ipsis & Scabinis, hujusmodi factum non revocantibus, & alias non satisfacientibus competenter intra biduum post monitionem ab Ordinario faciendam; locus, ubi hoc contingit, Ecclesiastico sit suppositus Interdicto. Quo durante per Quindenam, Superior sive Dominus illius Iudicis & Scabinorum, moneat per Ordinarium, ut tale forefactum procuret revocari, & faciat intra septem dies post ipsam monitionem emendari. Alioqui contra ipsum Superiorum sive Dominum procedatur, prout in statuto contra injectores manuum in Clericos, de Nobilibus & Dominis est expressum.

#### XII. Ut similiter contra occupantes & arrestantes Bona Ecclesiistarum procedatur.

**E**T eodem modo, statuimus, contra occupantes seu seculari iudicio arrestantes Bonam Ecclesiistarum vel Ecclesiasticarum personarum sive Religiosarum, procedi, & idem observari.

#### XIII. Ut Indices Ecclesiastici & Prælati Ecclesiistarum, Laicis, contra Clericos causam habentibus, Iustitiam faciant expeditam.

*In statut.  
Henrici,  
statut. 14.  
Arrestare,  
sonat qui-  
busdam,  
quasi ar-  
repto fune-  
stare fa-  
cere.*

**N**Evero Laici occasione habeant de defectu Iustitiae contra Clericos querulandi; statuimus, sub poena Excommunicationis firmiter præcipientes, ut Prælati seu Ordinarii Clericorum & Ecclesiistarum, Laicis, contra ipsos Clericos vel Ecclesiæ causam habentibus, faciant (cum requisiti fuerint) secundum consuetudinem Capitulorum, si fuerit in Ecclesia Collegiata; & alias de Clericis non existentibus de Collegio, secundum Ius scriptum vel consuetudinariū, Iustitiam expeditam.

#### XIV. Contra impudentes & turbantes celebrationes sanctorum Synodorum.

**S**Tatuimus etiam, ut Prælati & Ordinarii Indices Nostræ Civitatis & Dioecesis, in

H 3 termini-

Synodi  
Prelato-  
rum.

terminis eorum Iurisdictioni subjectis , Synodum suam (qui ad hoc tenentur) obseruent per se vel per alios congruis temporibus , ab ipsis Prelatis , prout expedire viderint , prafigendis ; & , quæ corrigenda vel reformanda occurunt , corrigant & reformat: & omnes in Ecclesia illa & Parochia , in qua Synodus celebranda fuerit , quandocunque eis fuerit denunciata , ad Ecclesiam & Synodum veniant obedienter , & Iura Synodalia observent reverenter ; non obstante aliqua occasione vel consuetudine contraria ; quam corruptelam reputamus , & penitus reprobamus . Soli tamen Nobiles excipiuntur , qui ad nostram Synodum noscuntur specialiter pertinere . Si qui vero Laicorum contra hoc venire præsumperint , & , in hoc , mandato ipsis Prelati sive Ordinarii non obediverint , sententiam excommunicationis ( quam in his scriptis in ipsis ferimus ) ipso facto vel omissione incurvant , & excommunicati singulis diebus Dominicis & Festis per Plebanos eorum & alios , prout hoc Prelato ipsi expedire videbitur , uisque ad satisfactionem condignam , publice nuncientur . Si vero multitudo Parochiaæ fuerit in causa seu in culpa , locus ille , in quo Synodum vel Iura Synodalia impedit contingit , sit , ipso facto , Ecclesiastico suppositus Interdicto : quod non relaxetur , nisi de hoc satisfactionum fuerit competenter . Nobilibus vero , ne hujusmodi Synodos vel Iura Synodalia impediunt , sub pena Excommunicationis latæ sententiæ firmiter prohibemus .

X V. *Vt Prælati Iurisdictione sua libere utantur , in terminis , eorum Iurisdictioni subjectis .*

**S**ed , ne delicta seu commissa subditorum maneant impunita , & ex hoc tribuatur audacia delinquendi ; statuimus , ut Prelati , in terminis , eorum Iurisdictioni subjectis , sua Iurisdictione libere utantur , tam in Correctione , quam in Iudicio & Animadversione , ac aliis , quæ ad hoc videbuntur expedire ; nec in his alter ab altero impediatur , sed juvetur . Et , si aliquæ sententiæ à Prelato in suum subditum propter ipsum excessus prolatæ fuerint , illæ sententiæ ab aliis Prelatis inviolabiliter usque ad satisfactionem condignam obseruentur , & etiam executioni , si opus fuerit , demandentur .

X VI. *Vt Iudices Ecclesiastici fraudem in iudiciis suis non committant .*

**I**tem statuimus , ut judges Ecclesiastici , in iudiciis sive causis , Officium suum (solum Deum & iustitiam pro oculis habentes ) fideliter exequantur : & , si scienter per gratiam vel per sondes aliquam partium in causis contra iustitiam læserint , præter poenas , à jure statutas (quibus subjaceant,) ipso facto incurvant

sententiam excommunicationis , à Nobis latam in his scriptis ; & nihilominus per Superiorum contra eos , si opus fuerit , ad graviora procedatur .

X VII. *Ne judices Ecclesiastici se de causis , ad forum seculare spectantibus , intromittant .*

**S**TATUIMUS & hoc , ut de causis , ad forum seculare spectantibus , Iudices Ecclesiastici se nullatenus intromittant ; sed , quam cito inter litigantes de hoc exceptum fuerit coram ipsis Iudicibus Ecclesiasticis ; & ostensum , sicut de jure fuerit faciendum , causam ad Iudicem secularem remittere non postponant .

X VIII. *Contra impedientes Ecclesiasticorum Iudicium jurisdictionem , & executionem sententiæ .*

**N**E vero Iurisdictionem Iudicium Ecclesiasticorum , sive Ordinarii fuerint sive delegati , à secularibus Iudicibus vel personis impediti , & ex hoc ( sicut à pluribus intentatur ) dissolvi contingat nervum Ecclesiasticae disciplinae : statuimus , ut nullus secularium , sive Nobilis fuerit , sive alter qualisunque , Ecclesiasticorum Iudicium jurisdictionem in citationibus , monitionibus , denunciationibus , executionibus ac aliis modis , quibus Iurisdictione Ecclesiastica exercetur , per se vel per alium impedit aliquatenus vel retardet ; & , qui contra hoc ausu temerario venire præsumperit , & , monitus ab Ordinario vel Delegato , intra septem dies à tempore monitionis factæ non defiterit omnino , nec revocaverit ; si quid in præjudicium præmissorum attentaverit , sententiam Excommunicationis (quam in his scriptis ferimus in hujusmodi præsumptores ) incurrit ipso facto . Quam Excommunicationem si per quindecim sequentes dies contumaciter sustinuerit , ex tunc , si Nobilis aut Dominus est , terra ipsius & districtus , si quem habet , sit , ipso facto , Ecclesiastico suppositus Interdicto : & nihilominus in loco , ubi , faciens impedimentū prædictum vel procurans , domicilium habuerit , cesseret à Divinis , quo usq; impedimentum sit revocatum , & alias legitime satisfactum .

XIX. *Contra eos , qui Clericos , non sine violenta manuum injectione , capiunt & detinent .*

**Q**VIA vero in tantam vesaniam plerumque prorumpit quorundam perversitas perverorum , ut ausu sacrilego Clericos & Ecclesiasticas personas , non sine violenta manuum injectione , damnabiliter capere , & captivos execrabiliter detinere , non formident : statuimus , ut Clericorum captivatores , quicunque fuerint aut cuiuscunque dignitatis aut conditionis ,

Nobiles  
Synodo E-  
piscopali  
subjecti .

tionis, cum omnibus consilium, auxilium, opem vel operam adhibentibus, per omnes Ecclesias Conventuales, Parochiales, & Capellas Civitatis & Diocesis Colonensis, (cum, ipso facto, Excommunicatione Canonis sint ligati) excommunicati nominatum, si eorum nomina sciri poterunt, alioqui in genere, publicè denunciantur, donec captivus sit liberatus, &c, de forese, fuerit laesio, Nobis, & Ecclesia, satisfactum. Et, si intra octo dies post hujusmodi denunciationem captivus non fuerit liberatus, ex tunc iidem captivatores cum adhibentibus consilium, auxilium, opem vel operam, ut praedictum est, nominatum, quorum nomina sciri potuerint, alioqui in genere, singulis diebus Dominicis & Festis, campanis pulsatis & candelis extinctis, per easdem Ecclesias & Capellas excommunicati solemniter & publicè nuncientur. Idemque observetur, si, captivo liberato, non fuerit laesio, Nobis, & Ecclesia, intra mensem satisfactum. Et nihilominus evitentur, donec per autoritatem Apostolicam absolvantur.

#### X X. Processus forma contra eosdem.

**S**TATUIMUS ETIAM, QUOD IN OMNI LOCO, VIDE-  
LICET CIVITATE, OPPIDO, CASTRO SEU MUNITIONE,  
VEL VILLA, VEL ALIO QUOCUNQUE NOMINE VO-  
CETUR, UBI CLERICUS CAPTIVUS FUERIT ADDUCTUS,  
RECEPTUS, VEL DETENTUS, EODEM DIE CUM ILLUC  
DEDUCTUS, RECEPTUS VEL DETENTUS FUERIT, &  
QUAM DIU IBIDEM EXITERIT, CESETUR PENITUS  
A DIVINIS, & SIT IPSE LOCUS, IPO FACTO, ECCLESIASTICO  
SUPPOSITUS INTERDICTO. ET, SI PER TRIDIUM  
IBIDEM MANSERIT CAPTIVUS, NEC FUERIT LI-  
BERATUS, LOCUS IPSE, QUAMVIS POSTMODUM CAP-  
TIVUS DE EODEM FUERIT DEDUCTUS, NIHILominus  
MANEAT INTERDICTUS, DONEC CAPTIVUS LIBERETUR,  
& MODO PRÆMISSO FUERIT SATISFACTUM. VT SIC  
TAM NOBILES QUAM MAGNATES, AC ETIAM POPU-  
LARES CUM PLEBE, CONTRA MALEFACTORES & SACRI-  
LEGOS HUJUSMODI, EX DIVINORUM CARENTIA PRO-  
VOCATI, CONFURGANT, AD LIBERATIONEM ILLIUS, QUI  
AUSI SACRILEGO CAPTIVUS DETINETUR, AUXILIUM  
PRÆSTITURI.

#### X XI. Si, propter captitatem Clerici, locus aliquis per mensem manserit interdictus.

**I**TEM, SI PROPTER CAPTITATEM VEL DETENTIO-  
NEM CLERICI CAPTIVI, LOCUS, UBI DETINETUR,  
VEL UBI CAPTIVANS HABET DOMICILIUM, PER MEN-  
SEM UNUM MANSERIT INTERDICTUS, ITA QUOD CLER-  
ICUS LIBERATUS NON FUERIT, NEC ALIAS SATISFA-  
CTUM; EX TUNC INTERDICTUM IPSE, AD TOTUM  
DECANATUM, IN QO LOCUSILLE CONSISTIT, EXTEN-  
DATUR, & SIT IPSE DECANATUS TOTUS INTERDICTUS.

#### XXII. Si Decanatus per quindenam maneat interdictus.

**E**T, SI HUJUSMODI INTERDICTO DURANTE PER  
QUIDENAM, CLERICUS CAPTIVUS NON FUERIT  
LIBERATUS, EX TUNC, SI NOBILIS FUERIT VEL POTENS,  
VEL ALIUS QUICUNQUE, HABENS TERRAM, JURISDI-  
CTIONEM VEL DISTRICTUM, QUI CLERICUM CAPTIVAVIT  
VEL DETINET; TERRA & DISTRICTUS EJUS, UBICUN-  
QUE FUERIT, ECCLESIASTICO SUBJACEANT INTERDICTO.  
ET IDEM INTERDICTUM, EADEMQUE POENA OBSER-  
VETUR, SI DOMINUS AUT NOBILIS, AUT ALIUS QUICUNQUE,  
IN CUIUS DISTRICTU VEL JURISDICTIONE CAP-  
TIVANS VEL DETINENS CLERICUM, QUAMVIS AB A-  
LIO CAPTIVATUM, HABUERIT DOMICILIUM VEL RECEP-  
TACULUM, MONITUS AB ORDINARIO LOCI, INTRA  
QUIDENAM A DIE MONITIONIS FACTÆ, IPSUM CLERICUM  
NON PROCURAYERIT LIBERARI.

#### XXIII. Si, captivantes Clericum, per duos menses excommunicati fuerint.

**S**ED &, POSTQUAM CAPTIVANS CLERICUM, VEL  
DETINENS CAPTIVATUM, PER DUOS MENSES IN  
EXCOMMUNICATIONE PERSTITERIT, CLERICO NON  
LIBERATO; OMNIS LOCUS, AD QUEM CAPTIVANS VEL  
DETINENS PERVENERIT, VEL QUAE TRANSFERIT, IBIDEM  
COMEDENDO VEL BIBENDO, SIT PER CONTINUUM  
SEQUENS TRIDUUM INTERDICTUS. SIC & PER SE-  
PTEM SEQUENTES DIES SIT INTERDICTUS, UBI IPSE  
CONTIGERIT PERNOCTARE.

#### XXIV. Ne filii vel filiae Clericos capti- vantum, & per annum excommuni- catorum, ad Ordines vel ad Beneficia Ecclesiastica admittantur.

**P**ORRO, SI CAPTIVANS CLERICUM VEL RELIGIO-  
SUM VEL DETINENS, AC SACRILEGUS, HUJUSMODI  
POENIS SUPRADICTIS VILIPENSI, CONGRUA SATIS-  
FACTIONE NEGLECTA, PER ANNUM UNUM IN EX-  
COMMUNICATIONE HUJUSMODI PERDURARE ANIMO  
PRÆSUMPSERIT INDURATO FIVE OBSTINATO; STATUIM-  
BUS, UT NULLI DE FILIIS & FILIABUS, FRatribus &  
FORORIBUS, SEU FILIIS VEL FILIABUS FRATRUM VEL  
SORORUM, USQUE AD TERTIUM GRADUM INCLUSIVE IN  
LINEA DESCENDENTI & COLLATERALI, & ILLI ETIAM  
QUI AD HUJUSMODI CAPTITATEM OPEM VEL OPE-  
RAM IMPENDERINT, VEL CAPTIVUM CLERICUM IN  
FUIS DOMICILIIS DETINERINT, AD ORDINES SEU  
BENEFICIA, AUT ETIAM PRÆLATURAS, ADMITTANTUR;  
CUM EX DILECTO PARENTUM, IPO FACTO  
REDDANTUR INHABILES AD HUJUSMODI CONSEQUEN-  
DA: SUB POENA EXCOMMUNICATIONIS LATÆ SENTI-  
TIAE STATUENTES, & MANDANTES EXAMINATORIBUS  
CLERICORUM, CAPITULIS, PATRONIS &  
ARCHIDIACONIS AC PRÆLATIS, UT NULLUM EX TALIBUS  
AD ORDINES ADMITTANT; CAPITULA NULLUM  
EX EIS AD PRÆBENDAM ELIGANT, PATRONI NULLUM  
EX EIS PRÆSENTENT; ARCHIDIACONI AC PRÆLATI TA-  
LES NON INVESTIENT ULLO MODO: ALIOQUI CAPI-  
TULA,

tula, Patroni, & Archidiaconi ac Prælati, ipso facto, Ius suum amittant ea vice, & ad proximum Superiorum devolvatur. Examinatores vero & Archidiaconi, aliquem ex talibus scilicet ad Ordines vel beneficia admittentes, ipso facto sententiam excommunicationis incurvant. Item de filiabus, sororibus, & filiabus sororum & filiarum prædictarum, usque ad gradum prædictum, statuimus observandum, ut in Claustris vel Cœnobiis cuiuscunq[ue] Ordinis nullatenus admittantur.

Idem etiam, quoad exclusionem hujusmodi, in filiis, filiabus, nepotibus & neptibus eorum, qui Ecclesiæ vel Monasteria incendrant, si per annum in excommunicatione, negligenter latissimâ, perstiterint contumaciter, contra tales statuimus observandum.

**XXV. Ut feuda Ecclesiastica ab his, qui per annum contumaciter excommunicationem sustinuerint, ad Ecclesiæ revertantur.**

**F**unda etiam, si qua prædicti sacrilegi ab Ecclesiæ vel Ecclesiasticis personis tenuerint, post lapsum anni, per quem excommunicationem sustinuerunt, ad Ecclesiæ & personas Ecclesiasticas libere revertantur; ita ut, si ipsi sacrilegi ultrâ fæ de hujusmodi feudis ingesserint, contra eos, tanquam invâlores Bonorum Ecclesiæ, procedatur.

**XXVI. Mitigationes, pro fratribus & sororibus ac aliis personis factæ; si se voluerint intra annum Canonice expurgare.**

**V**olentes nihilominus, ut fratres & sorores, filii & filiæ fratum & sororum, & alii, in linea collaterali gradus supradicti, qui sacrilegis & excommunicatis hujusmodi in suis maleficiis non assitunt nec adstiterunt, & ad ipsa maleficia opem vel operam aut favorem non impenderunt nec impendunt, sine culpa eorum aut sine causa non graventur ex maleficiis aliorum: statuimus, ut iidem fratres & sorores, filii & filiæ fratum & sororum, & aliæ personæ linea collateralis, personis supradictis, quoad exclusionem ab Ordinibus & Beneficiis & Prælaturis, hujusmodi non subjaceant, nec adstringantur eisdem, si intra eundem annum coram Nobis aut Capitulo & \* Prioribus Colonensibus, se Canonice expurgaverint, quilibet quarta manu, quod prædictis sacrilegis in hujusmodi maleficiis consilio vel auxilio, ope vel opera, non adstiterint, & juramento corporali firmaverint quod eis ulterius non adstabunt.

\* Præla-  
tis

**XXVII. Si Clericum in alia Diœcese capi, vel, in ista captum, ad aliam Diœcesin deduci contingat.**

**S**TATUIMUS item, si Clericum Colonensis Civitatis aut Diœcesis in alia Diœcesis capi contingat, vel, in Nostra Civitate aut Diœcesi captum, ad aliam Diœcesin deduci vel transferri; quod per Capitulum & Priors Colonensis, & alia Capitula, ad liberationem captivi, & ad procedendum contra sacrilegum illius Diœcesis qui in hoc culpabilis fuerit, apud loci Diœcesanum affectuosè laboretur, prout visum fuerit expedire.

**XXVIII. Contra occisores & mutilatores Clericorum.**

**D**E occisoribus & mutilatoribus Clericorum, & Clericos in captivitate usque ad mortem detinientibus, seu alios enormiter lædentibus; statuimus, ut per omnes Ecclesiæ Conventuales, Parochiales & Capellas Civitatis & Diœcesis Colonensis, ipsi occisores & mutilatores, & omnes opem & operam seu confilium ad hoc adhibentes, singulis diebus Dominicis & Festis, campanis pulsatis & candelis extinctis, nominatim, quorum nomina sciuntur, alioqui in genere, excommunicati denuncientur, ab omnibus arctius evitandi, donec sufficienter satisfecerint, & à Sede Apostolica redierint absoluti.

Præterea, locus omnis, ad quem venerint, sit interdictus, quam diu ibi fuerint, & per sequens triduum, si ibi biberint vel comederint; & per septem sequentes dies, ubi eos pernotare contigerit. Cæterum, si Nobiles fuerint, vel alii, terram & jurisdictionem vel districtum habentes, & intra tres menses à tempore perpetrati sceleris, ad arbitrium Nostrum aut Capituli & Priorum Colonensium, non satisfecerint; terra eorum & districtus ex tunc sit ipso facto Ecclesiastico suppositus interdicto; & Feuda seu Officii vel \* possessiones, \* pensiones, si quas habent ab Ecclesiæ & Ecclesiasticis personis, amittant, & ad Ecclesiæ, à quibus ea haberint, revertantur; ita quod ipsorum sacrilegorum heredes ad Feuda hujusmodi, vel ad aliqua alia ab Ecclesiæ vel Ecclesiasticis personis descendentia, nunquam in perpetuum admittantur. De quibus, si ultra fæ ingesserint, contra eos procedatur tanquam contra bonorum Ecclesiæ invâlores, prout superius est expressum. Et hoc etiam in aliis personis, quæ non sunt Nobiles, Feuda habentibus, volumus observari.

Præterea, si domini terræ, in quorum districtibus manent vel domicilium habent, vel ubi tam enorme scelus commissum extiterit, tam nefarios, sacrilegos, & nefandos, in suis districtibus sustinuerint, & contra eos ad bonorum

Cap. 21.

norum privationem, & proscriptionem de terra, non processerint; contra ipos dominos, tanquam contra consentientes malo iusmodi, monitione præmissa, procedatur.

**XXIX. Contra occisores Clericorum, per annum in excommunicatione existentes.**

**S**i autem intra annum Absolutionem à Sede Apostolica impetrare, & aliás congruē satisfacere, neglexerint; statuimus, ut ex tunc nullus filiorum aut nepotum, eorundem sacrilegorum, ad Ordines vel ad beneficium Ecclesiasticum vel dignitatem, ulque ad quartum gradum, admittatur; & idem fiat de filiabus & nepribus eorundem; & si qui eos vel eas admirerint, incurvant poenas, quæ superius de filiis & nepotibus Clericos captivantium sunt expressæ.

Cap. 20.

**XXX. Contra eos, qui minas intulerint personis Ecclesiasticis de corpore vel de rebus.**

**V**olentes item malo, antequam eveniat, quantum possumus, obviare: statuimus, ut, si quis Ecclesiasticae personæ minas intulerit de corpore vel de rebus, &c, monitus à Indice ordinario, ipsam personam Ecclesiasticam non assecuraverit, a tempore monitionis intra septem dies; ab ipso Ordinario ex tunc excommunicetur, & excommunicatus publicè nuncietur, donec assecuret ipsam personam Ecclesiasticam, & de ea coram suo Iudice accipiat rationem.

**XXXI. Contra eos Clericos, qui sacramentum in Clericos committere non verentur.**

**C**um verò magnum sit scandalum, & per risque Laicis (qui alioqui Clericis sunt infesti) similia committendi existat quamplurimum incentivum, quod Clerici in Clericos sacrilegium committere non verentur; statuimus, ut Clericus vel Canonicus, injiciens manus violentias in Clericu, vel Ecclesiam suam vel aliam aut Ecclesiasticam personam spoliatis, vel violentiam in immunitate committens, vel bona eorum seculari judicio occupans, vel ad aliquod horum, consilium seu auxilium vel operam dans; pro hujusmodi injectione in continentia per omnes Ecclesias & Capellas Civitatis & Diocesis excommunicatus nuncietur; &c, cum de aliis constiterit per evidentiam vel famam publicam, vel juramentum injuriam vel damnum passi si fuerit persona fide digna, vel per fidem Testium, summi faciendam, per Ordinarium moneatur, ut, intra septem dies a tempore monitionis factæ, de forefacto perpetrato satisfaciat com-

petenter. Alioqui à Nobis excommunicatus excommunicatione quam ferimus in his scriptis, ex tunc per omnes Ecclesias, ut supra dictum est, publicè nuncietur.

Cap. 24.

Quod si intra quindecim dies non satisficerit, ex tunc denuncietur, campanis pulsatis & candelis extinctis, singulis diebus Dominicae & Festis excommunicatus. Quod si per annum in hujusmodi excommunicatione persistiter, ex tunc omnibus beneficiis Ecclesiasticis, si qua habuerit, ipso facto sit privatus. Et illi, ad quos spectat ipsorum beneficiorum collatio, ea conferant intra mensem. Alioqui per Superiorem ex tunc conferantur. Et nihilominus sit inhabilis ad aliqua alia consequenda.

**XXXII. Contra Clericum, qui, occasione alienj questionis, Clericum aliquem captivaverit.**

**S**i autem Clericus Clericum, occasione alienj questionis quam habeat, captivaverit, vel ad capiendum ipsum, consilium, auxilium vel operam adhibuerit: statuimus, ut cautam amittat ipso facto, & excommunicatus publicè, ut de aliis captivatoribus præmissum est, nuncietur: & si intra septem dies liberationem ipsius captivi non procuraverit, ac intra alios quindecim dies læso, Nobis, & Ecclesiæ non satisficerit, ex tunc omnibus beneficiis Ecclesiasticis, si quæ habet, sit ipso facto privatus, & inhabilis in perpetuum ad aliquod beneficium consequendum. Et, si ille, ad quem collatio beneficiorum hujusmodi pertinuerit, intra mensem non de eis ordinaverit, ea aliis vel alii conferendo; Collatio ac Ordinatio eorundem ad proximum Superiorem sit ipso facto devoluta. Si vero beneficium non habuerit, sit inhabilis in perpetuum ad aliquod obtinendum.

Præterea, omnis locus, ad quem hujusmodi sacrilegus pervenerit, vel ubi biberit aut comedenter aut pernoctaverit, sit ipso facto interdictus eo modo, sicut de Laicis, captivatoribus Clericorum, est præmissum.

Cap. 18.

**XXXIII. Contra Clericos, qui mutilant vel occidunt Clericum.**

**S**tatuimus etiam, ut Clericus, occidens vel mutilans Clericum, vel eum usque ad mortem captivum detinens, sit ipso facto ab omnibus beneficiis Ecclesiasticis habitis, & a spe habendorum, penitus destitutus; & excommunicatus in omnibus Ecclesias, ut superius dictum est, nuncietur; locis, ad quæ venerit, vel ubi biberit, comedenter, aut pernoctaverit, ut superius dictum est, suppositis, ipso facto, Ecclesiastico interdicto: & nihilominus ad alias poenas, per Nos aut Capitulum & Priors Colonienses, sicut opus fuerit, procedatur.

Cap. 24.

XXXIV. De

**XXXIV.** *De litigantibus super una  
Præbenda in aliqua Ecclesia Diœcesis  
Colonienſis.*

**Q**um verò plerumq; contingat, quod va-  
cante præbenda in aliqua Ecclesia Civita-  
tis vel Diœcesis Colonienſis, in qua duo vel  
plures, autoritate Sedis Apostolicae vel Legato-  
rum ejus, aut quavis alia autoritate, Ius se af-  
ferrunt habere, & per Executores suos seu quo-  
cunq; alios se procurant mitti in poſſessionem  
corporalem præbendæ ipsius, cuius occasio-  
ne missionis, de hujusmodi præbenda contendentes,  
bona, res & jura ipsius Ecclesiæ tam  
intra Immunitatem quam extra, indifferenter  
rapiunt & invadunt, tñu per ſeculare judicium  
occupari vel arreſtari procurant, ſententias ex-  
communicationis in \* certas perfonas de Ca-  
pitulo, & ſuſpensionis in Capitulum, nihilo  
minus à ſuis executoribus fulminari facien-  
tes, propter quod in rebus & perfonis, tam  
ſpiritualibus quam in temporalibus, Ecclesiæ  
non modicum derriumentum ſuſtinent & ja-  
cturam: Statuimus, ut, cum in aliqua Ecclesia  
caſus hujusmodi emerferit, Decanus & Ca-  
pitulū illius Ecclesiæ, autoritate hujusmodi  
Conſtitutionis, ſibi faciant literas authenticas  
& instrumenta, quibus ſic contendentis uti  
voluerint pro Iure ſuo, hinc inde à partibus  
exhiberi, & convocatis Capitulo & Prioribus  
Colonienſibus, qui präſentes fuerint & habe-  
ri commode potuerint, per eos ad hoc vocatis  
jurisperitis, qui viſi fuerint expedire; per quos  
hujusmodi quæſtio & discordia decidatur, &  
eorum diſcuſſione ſeu ſententia ſetur, & in-  
violabiliter obſervetur. Et, ſi Capitulum &  
Priors, propter diſcultatem Iuriſ vel alias  
caſas legítimas, quæſtionem hujusmodi deci-  
dere non poterunt, nec decidunt, caſam ean-  
dem ad curiam Domini Papæ decidendam  
transmittant, präfigentes partibus terminum  
competentem, quo fe conſpectui Papæ repræ-  
ſentent, cum omnibus iuis monumentis &  
documentis iuſtiatiā recepturæ. Causa vero  
& quæſtione hujusmodi durante, medietas  
fructus Præbendæ vacantis in uſus cedat Ec-  
clesiæ; & reliqua pars alicui idoneæ perfonæ,  
quaſ deserviat in ordine, quem defuncti præ-  
benda requiſierit, deputetur. Et, ſi qua Par-  
tium ſententiā pro ſe in Curia habuerit, &  
in cauſa evicerit, fructus ejudem præbendæ  
de mandato Domini Papæ, Capitulo präſen-  
tato, ceſſante occaſione qualibet, miniftretur.  
Si qua vero partium, Literarum ſuarum co-  
piam facere, & hoc Statutum ſubire contumaciter  
renuerit, & de ſua potentia vel malitia  
confifa, bona Ecclesiæ invadere ac rapere tem-  
tere & irreverenter, Dei timore poſtpoſito,  
præſumpferit, contra ipſam partem, tanquam

\* tertias.

contra raptorem bonorum Ecclesiæ, ut ſupra  
dictum eſt, procedatur.

Statuimus etiam, ut hæc, non ſolum ad fu-  
tura hujusmodi negotia, ſed etiam ad präſen-  
tia & präterita, a tempore electionis Noſtræ  
extendantur.

**XXXV.** *Ne aliquis Clericus ſacrilegis  
excommunicatis, aut uſurariis, affi-  
ſtat, vel eos defendat.*

**C**Vm, ſalvis poenis, ſtatutis tam in Iure  
Canonico quam Civili, & coercitione  
Noſtre Ordinaria poreftatis contra injuriato-  
res Ecclesiæ & perfonarum Eccleſiaſticarum,  
prædictis modis & aliis qui ad hoc vide-  
buntur expedire, providerimus procedendum:  
Statuimus, ut perfonis quibuscumque, qui ma-  
nus in Clericos aut Religiosos inſiunt, vel  
\* aliás ſpoliant & capiunt, aut in aliquo ſupra-  
dictorum modorum vel excessuum contra Ec-  
clesias vel Eccleſiaſticas perfonas exceilent,  
ſeu ſententia excommunicationis, ſuſpensionis  
aut interdiicti, aut aliis modis ſupradictis  
ſe involuerint; Clerici ſive in dignitate conſtituti,  
ſive alii, vel etiam advocate, conſilio vel  
auxilio in aperto vel in occulto non affiſtant:  
&, qui contra venerint verbo vel facto, ſen-  
tentiam excommunicationis ( quam in eos fe-  
rimus in his scriptis ) incurraſt ipſo facto, &  
excommunicati publice, qui de hoc convicti  
uerint vel confeffi, uſque ad ſatisfactionem  
condignam nuncientur: &, ſi publice pro hu-  
juſmodi perfonis preſumpterint in iudicio po-  
ſtulare, earam injuries defendendo, &, moniti  
ab eorum Ordinariis, non deſtitent, excom-  
municati publice, tanquam illi quorum exces-  
ſus vel injuries nituntur defendere, nuncientur:  
& aliás etiam contra eos, ſi opus fuerit,  
procedatur: idem statuimus fieri de his, qui  
uſurarii manifestis affiſtunt patrocinio, vel  
defendunt eosdem.

**XXXVI.** *Ne Clerici, Capellani Nobili-  
lum excommunicatorum, cum iſis do-  
minis ſuis \* ultra menſem permaneant.* \* per.

**S**TATUIMUS item, ut Clerici ſeu Capellani  
dominorum fuorum aut Nobilium vel alia-  
rum perfonarum, quod fuerint, propter ali-  
quem prædictorum excessum, ſententia ex-  
communicationis innodati, dominis ſuis in  
hujusmodi injuriis conſilium vel auxilium, ver-  
bo vel facto, non impendant: alioqui ſe nove-  
rint eadem excommunicatione involutos.

Præterea iſos dominos ſuos, modis quibus  
poterunt, inducant, ut de eis, pro quibus ex-  
communicati exiſtunt, ſatisfaciant, & ad re-  
conciliationem sanctæ matris Ecclesiæ rever-  
tantur: quod ſi intra menſem eosdem domi-  
nos ſuos ad hoc inducere nequierint, ex tunc  
omnino recedant ab eisdem, nec eis communi-  
cent.

Cap. 4.

cent. Alioqui ipsos Clericos seu Capellanos, qui ultra id cum dominis suis permanferint, & eis communicaverint, majori excommunicatione in his scriptis late sententiæ innodamus; & præcipimus, eos, per locorum Ordinarios, excommunicatos publice nunciari. In qua excommunicatione si per duos menses contumaciter perduraverint, & à dominis suis non recesserint, ex tunc ipso facto omnibus beneficiis Ecclesiasticis, cum cura vel sine cura, quæ habent, sint privati; & eadem beneficia per illos, ad quorum collationem pertinent, aliis personis idoneis intra mensem conferantur; alioqui ex tunc per Superiorum proximum conferantur; & nihilominus sint inhabiles ad alia beneficia obtinenda.

**X X X V I I . Contra eos, qui sententiam Excommunicationis damnabiliter vilipendunt.**

**C**umque nonnulli sententiam excommunicationis damnabiliter vilipendant; statuimus, ut, quicunque, excommunicatus & in Parochia sua denunciatus, per annum in ipsa excommunicatione perfitterit, & de hoc fides facta fuerit per literas Excommunicatoris, (quas sufficere volumus in hac parte, si fuerit Ordinarius, & alias per aliam fidem sufficiensem,) si hujusmodi fuerit Nobilis, vel alius, habens terram vel districtum, illa terra vel districtus per Ordinarium loci, super hoc requiritum ab excommunicatore vel Actore, ecclesiastico sine difficultate supponatur interdicto. Et, si fuerit alius quam Nobilis, dominus temporalis seu Iudex, in cuius districtu excommunicatus manferit, seu domicilium habuerit, moneatur per Ordinarium ipsius, ut compellat ipsum excommunicatum redire ad sanctæ matris Ecclesiæ \* unitatem. Alioqui idem dominus sive Iudex, per ipsum Ordinariū, excommunicationis sententiæ percellatur.

**X X X V I I I . Contra computræsentes in Excommunicatione ultra annum, quomodo procedendum.**

**I**psi autem excommunicati, cum per annum in excommunicatione perfitterint, in Syndicis accusentur, tanquam clavum Ecclesiæ contemptores, & satisfacere compellantur; adhibito etiam, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

**X X X I X . Ut Prelati, & qualibet Ecclesiasticae personæ, ad observationem statutorum istorum fideliter teneantur.**

**Q**via vero omnibus, per Statuta hujusmodi, paterna solitudine intendimus prævidere, ut videlicet quies procuretur Ecclesiæ & Ecclesiasticis personis, & Pacis turbatores,

pœnae formidine, cohibeantur à peccatis; præcipimus & mandamus sub pœna excommunicationis, ut statuta ipsa ab omnibus tam Ecclesiasticis quam Sæcularibus personis inviolabili observentur: Statuentes, ut Capitulum, Prælati, Archidiaconi, Præpositi, Decani Capitulorum, & alia Capitula, & singuli de Capitulis, Decani Christianitatum, Rectores Ecclesiæ & Capellarum, nec non & Vicarii, & omnes Clerici Civitatis & Dioecesis Coloniensis, ad observationem sententiarum prædictarum, scilicet excommunicationis, suspensionis, interdicti, & ad earum executionem, quandocunque & quotiescumque opus fuerit, & aliquod foreactorum prædictorum committi contigerit in Civitate aut Dioecesi Coloniensi, omni fraude & dolo penitus exclusis, fideliter teneantur. Si quis autem Prelatus in his remissus fuerit, & ex parte Ecclesiæ vel personæ, injuriam vel damnum passæ, tertio requisitus, ad executionem præmissorum, prout in superioribus continetur, per se vel per alium procedere neglexerit, sententiam suspensionis, à Nobis latam in his scriptis, incurrit ipsa omissione: quam scilicet suspensionis sententiam si per octo dies in negligencia perdurando sustinuerit, ex tunc incurrit excommunicationis sententiam, à Nobis latam in his scriptis. Et nihilominus contra eum ad ulteriora per Nos, de consilio Capituli & Priorum Coloniensium, procedatur.

**X L . Contra Clericos, in executionibus sententiarum remissos, & sententias ipsas modo debito non servantes.**

**H**ebdomadarii item in Ecclesiis Convenientiis, Plebani, Rectores seu Provi-fores Parochialium Ecclesiæ & Capellarum Civitatis & Dioecesis Coloniensis, qui in suis Ecclesiis seu Capellis illos, qui ex aliquibus causis, de quibus supra dictum est, excommunicationem inciderint vel \* juris vel hominis, & fuerint (ut præmissum est) excommunicati nunciandi, denunciare omiserint; ipsa omissione se sciunt excommunicationis sententiam, in his scriptis à Nobis latam, incurrisse; & poterunt Depositionis periculum formidare, si Divinis se ingesserint, sic ligati: ita ut, nisi celeri satisfactione sibi prosperebant, monitione præmissa à suis Ordinariis, preventur beneficis quæ habent, & illa aliis personis idoneis, per eos ad quorum spectant Collationem, conferantur.

**X L I . Contra eos, qui in loco interdicto celebraverint.**

**S**i quis autem Sacerdos in loco, propter captivitatem Clerici, vel propter spoliolum Ecclesiæ vel Ecclesiasticæ personæ, vel propter aliquam aliarum causarum prædictarum,

\* CARON

Beneficiæ  
vacantia  
per pri-  
uationem,  
conferent  
Ordinariis  
collatores.

inter-

interdicto , celebraverit , & sic irregularis , in continenti non destiterit , aut intra quindecim dies non satisfecerit Nobis & Ecclesia ; ex tunc incurrat ipso facto excommunicationis sententiam , quam in hujusmodi presumptores ferimus in his scriptis . In qua excommunicatione si per quindecim dies contumaciter perduraverit , negligens satisfacere , ex tunc sit ipso facto omnibus beneficiis Ecclesiasticis , quae habet , destitutus : & , si illi , ad quos Beneficiorum hujusmodi collatio pertinuerit , ea aliis personis non contulerint intra mensum , eorum collatio ad proximum Superiorum devolvatur . Si vero beneficium Sacerdos non habuerit , hujusmodi sit post tempus praedictum inhabilis in perpetuum ad aliquod obtinendum .

**X L II.** *Vt , percepto forefacto , statim cessetur à divinis , ne quis per crassam ignorantiam se possit excusare .*

\* Decanii .

**C**eterum , ne aliquis Prælatus , Archidiaconus , Præpositus , \* Decanus Capitulo rum & Christianitatum , aut Rector Ecclesiae vel Capellæ , per crassam ignorantiam ab observationibus sententiarum prædictarum se valeat excusare , cum difficile sit , singulari denunciatione singulorum auribus inculcari captivationem Clerici vel spolium Ecclesiae vel Ecclesiasticae personæ , aut aliud quocunque forefactum propter quod loca aliqua continet esse interdicta , sicut superius in pluribus locis est expressum : statuimus , ut Prælati , Archidiaconi , Præpositi , Decani & Reatores seu Vicarii , quam cito captivitas Clerici vel spolium , aut aliquod forefactum , de quibus est supradictum , ad eorum notitiam , vel fama deferente , vel alio quocunque modo perveniret , statim cessent à divinis , ubi hoc juxta præmissa fuerit faciendum , & ad observationem & executionem dictarum sententiarum per se vel alios teneantur . Alioqui , non obstante excusatione crassæ ignorantiae , poenis & sententiis subjaceat supradictis .

**X L III.** *Vt hæc statuta ad personas Ecclesiasticas cuiuscunque Ordinis extendantur .*

**S**tatuimus item , ut ad Monasteria & bona eorum , & ad Monachos & alias religiosas personas cuiuscunque Ordinis , Civitatis & Diœcesis Coloniensis , hujusmodi statuta extendantur , & Monachorum Prælati , & Monachi , ac aliae personæ religiosæ , ad observationem & executionem teneantur eorumdem . Et , si aliqua persona religiosa , cuiuscunque Ordinis existat , se voluerint , occasione alicuius privilegii , ab executione seu observatione statutorum istorum tueri vel excusare ; prædictorum statutorum auxilio non juventur .

**X L IV.** *Vt hæc statuta , ne aliquem latere possint , tam in Capitulis quam in aliis locis , sepius publicentur .*

**S**tatuimus item , & mandamus in virtute sanctæ obedientiae , ut hæc eadem statuta , per omnes Ecclesiæ conventuales & Parochiales & capellas civitatis & Diœcesis Coloniensis , singulis annis , ne aliquem latere possint , sepius publicentur , & in Capitulis ruralibus perlegantur .

*Capitula  
ruralia*

**X L V.** *Vt nomina sacrilegorum , posita in Registro , sepius recitentur .*

**E**T nomina eorum , qui contra Ecclesiæ seu personas Ecclesiasticas aliquo modorum supradictorum excesserint vel deliquerint , statim , cum hoc factum fuerit , ponantur in Registro , & sepius recitentur in publico , ut sciri possit ex qualitate facti & ejus circumstantiis , nec non ex dilatione satisfactionis , qualiter sit contra excedentes & delinquentes hujusmodi procedendum ; nec deleantur eorum nomina , nisi congrua satisfactione precedente . Si quid vero dubii aut difficultatis , super præmissis , emerserit , hoc Nobis , Capitulo & Prioribus Coloniensis , reservamus declarandum .

Nos vero , Capitulum , Prælati , & alia Capitula majoris & aliarum Ecclesiæ Civitatis & Diœcesis Coloniensis , plenam in Domino fiduciam obtinentes , quod , per statuta hujusmodi , Ecclesiæ & Monasteriis , & personis tam Ecclesiasticis quam religiosis , in spirituallibus & temporalibus provisum sit , & beat provideri ; ad observationem corundem statutorum , bona fide , omni fraude & dolo exclusis , firmiter obligamus ; sigilla Ecclesiæ Nostrarum eisdem statutis in testimonium apponentes . Datum anno Domini millesimo duecentesimo sexagesimo sexto , sexto Idus Maji .

Hæc omnia & singula statuta , autoritate præsentis Concilii Provincialis , in omnibus suis modo & forma & clausulis & tenoribus ac pœnarum adjectionibus , ad totam Nostram Provinciam extendimus , & statuta Provincialia facimus : Decernentes , ea , ut statuta Provincialia , debere teneri & observari , sic quod in qualibet Civitate & Diœcesi Provincialiæ Nostræ ea teneantur & observentur , sicut sub verbis Nostræ Civitatis & Diœcesis , tanquam Synodalia , sunt concepta ac promulgata & hactenus observata : falsis tamen aliis statutis Synodalibus Ecclesiæ Nostræ Coloniensis , à Nobis sive à Prædecessoribus nostris , editis ; ac etiam statutis Suffraganeorum Nostrorum , si quæ habent ; quibus , si reperiantur in aliquo præsentibus statutis con-

contraria, vel diversa ab eisdem, in quantum & in eo in quo melius & plenius provident Ecclesiis, Monasteriis & piis locis, Ecclesiasticisque personis & earum rebus, & non istis; si vero melius & plenius, praesentibus statutis, eisdem providetur, istis, & non illis, decernimus fore standum. Et hoc num melius & plenius per ista statuta an per illa provideatur, judicio sive arbitrio Executorum ipsorum statutorum duximus relinquentum. Præterea executionem praesentium statutorum, ac absolutionem, suspensionem & relaxationem sententiæ, in eisdem latarum, seu eorum autoritate ferendarum, ad Nos & ad Nostrum Officialem Colonensem in Nostra Civitate & Dioecesi, & ad quenlibet Nostrorum Suffraganeorum, & ad eorum Officiales, sive ad ipsos ad quos de jure vel de consuetudine, quoad Synodalia eorum statuta, pertinet, in singulis suis Civitatibus & Dioecesis volumus pertinere. Verum, ut omnis ambiguitas, perplexitas, & difficultas, quoad observantiam praesentium statutorum, in futurum evitentur; de consensu expresso & autoritate praesentis Provincialis Concilii, retinemus & reservamus Nobis potestatem, facultatem, & autoritatem, praesentia Provincialia statuta, quoad Nostram Civitatem & Dioecesin, & etiam quo ad singulas Civitates & Dioeceses Nostrorum Suffraganorum, si ab aliquo Episcoporum, Nostrorum Suffraganorum, & eorum Capitulo requisihi super eo fuerimus, de consilio Priorum & Capituli Ecclesiæ Nostræ Colonensis, in Synodo tamen Nostra Dioecesana, corrigendi, emendandi, interpretandi, tollendi, & in melius commutandi, si hoc Nobis excusis necessariis & legitimis videbitur expedire, Provinciali Concilio ad id minimè convocato. Quia vero, per ipsa praesentia statuta Provincialia, communis utilitati Ecclesiæ & Ecclesiasticarum personarum ac ipsarum Bonorum, ut speramus, autore Domino salubriter providetur; præcipimus & mandamus in virtute sancte Obedientiae, ut ea ab omnibus Ecclesiis & Ecclesiasticis personis Nostræ Provincia inviolabiliter & firmiter, fraude & dolo exclusis, observentur, juxta modum & formam supradictos. In quorum omnium & singulorum testimonium, ea per Hermannum dictum \* Ratze, publicum Imperiali autoritate Notarium, conscribi, & in hanc publicam formam redigi, ejusque signo confueto signari mandavimus, ac Nostro & Capituli Nostri Colonensis sigillis appensis muniri.

Acta sunt hæc in Concilio Nostro Provinciali, Coloniae celebrato, sub Anno à Nativitate Domini 1322, ultima die mensis Octobris, in Palatio Nostro Colonensi, praesentibus Capitulo Nostræ Ecclesiæ Colonensis, ac

Venerabilibus in Christo Patribus & Dominis, Godefrido Osnaburgenis, & Godefrido Mindensis, Ecclesiarum Dei gratia Episcopis, Nostris Suffraganeis, pro se & suis Ecclesiis: ac Venerabili in Christo Patre & Domino Hermanno, Hennensis Ecclesiæ Episcopo, & \* Lenoldo de Northoff Canonico Leodiensi, \* Letiol-  
Venerabilis in Christo Patris ac Domini, D. do Adolphi Leodiensi, & dilectis in Christo, Magistro \* Rudegero de Aldendorpe, Docto-  
rum Decretorum, & Friderico de Bicken, Ca-  
nonicis Monasteriensibus, Venerabilis in Chri-  
sto Patris & Domini \* Ludovici Monasterien-  
sis, Dei gratia Episcoporum, Nostrorum Suf-  
fraganeorum Procuratoribus: ac dilectis in  
Christo, Magistro Reynero Doctore in Theo-  
logia, ac Gerardo de \* Vorne, Canonicis Tra-  
jectensis, nomine Capituli Trajectensis Ec-  
clesiæ, ipsâ Ecclesiâ Trajectensi, Episcopi so-  
latio viduata, in præmissis omnibus & singu-  
lis consequentibus, & suum consensum ex-  
presse adhibentibus. Praesentibus etiam S.  
Pantaleonis & S. Martini Colonensis, ac  
S. Cornelii Indensis, Gladebachensis, Tui-  
tensis, Brwilerensis, & Sibergensis Monas-  
teriorum Abbatibus Ordinis S. Benedicti:  
Bonnensis, S. Severini & S. Andreæ Eccle-  
siarum Colonensis Praepositis: item Bon-  
nensis, S. Gereonis Colonensis, Sanctensis,  
S. Andreæ, S. Severini, S. Cuniberti, SS.  
Apostolorum, S. Mariæ ad Gradus Decanis  
Ecclesiæ Civitatis & Dioecesis Colonien-  
sis; Officiali Nostro Colonensi; & Eflicen-  
sis & Carpensis (Colonensis Dioecesis) Ec-  
clesiarum Praepositis, ac aliis Prelatis, Cano-  
nicis, Ecclesiæ Rectoribus, & Clericis  
Nostrorum Civitatis & Dioecesis ac Provin-  
ciae, in multitudine copiosa.

Et ego Hermannus dictus Ratze, de Colonia, publicus Imperiali autoritate Notarius antedictus, præmissis omnibus & singulis, dum agerentur, una cum personis prænomi-  
natis præfens interfui, ea omnia & singula, prout superius, in praesentibus Rotulis per  
me connexis & signatis, de mandato Reve-  
rend. in Christo Patris & Domini, D. Hen-  
rici Colonensis Ecclesiæ Archiepiscopi præ-  
dicti continentur, conscripsi, & in hanc pu-  
blicam formam redegii, meoque signo confue-  
to signavi, vocatus & rogatus.

Et Nos \* Godefridus, Dei gratia Osn-  
burgensis Ecclesiæ Episcopus, quia omnibus,  
contentis & expressis in praesenti Instrumen-  
to cui Nostra præfens Litera transfigitur,  
praesentes in Concilio Provinciali interfui-  
mus, eisque, tanquam utilibus & necessariis,  
Ecclesiæ Ecclesiasticisque personis & earum  
rebus, consensum Nostrum, præhabita ma-  
tura deliberatione, adhibuimus, pro Nobis &  
Ecclesia nostra prædicta: idcirco sigillum No-  
strum, in signum præstiti consensus & auto-  
ritatis

ritatis à Nobis & à toto Concilio, præsentibus duximus apponendum. Actum & datum die & loco, de quibus in ipso Instrumento fit mentio.

\* Goftri-  
dus.

Et Nos \* Godefridus, Dei gratia Mindenfis Ecclesiæ Episcopus, quia omnibus, contentis & expressis in præsenti Instrumento cui Nostra præsens litera transfigitur, præsentes in Concilio Provinciali interfuimus, eisque, tanquam utilibus & necessariis Ecclesiæ Ecclesiasticisque personis & earum rebus, consensum Nostrum, prehabita matura deliberatione, adhibuimus, pro Nobis & Ecclesia Nostra prædicta: idcirco sigillum nostrum, in signum præstiti consensus & autoritatis à Nobis & à toto Concilio, præsentibus duximus apponendum. Actum & datum die & loco, de quibus in ipso Instrumento fit mentio, Anno Domini millesimo trecentesimo viceclimo secundo.

**V**Niversis, præsentes Literas visuris & audituris, Adolphus, Dei gratia Leodiensis Episcopus, Salutem & cognoscere veritatem. Noveritis, quod, quia Venerabilis in Christo Pater & Dominus, D. Hermannus, Hennensis

Episcopus, vices Nostras gerens in Pontificibus, & \* Leuoldus de Northoff Canonicus Leodiensis, Procuratores Nostrri, ipsi Concilio Provinciali Reverend. in Christo Patris & Domini, D. Henrici, Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopi, Coloniae celebrato, de quo in Instrumento publico, cui præsens Nostra transfigitur litera, fit mentio, nomine Nostro & Ecclesiæ Nostræ interfuerunt, ac omnibus & singulis, contentis & expressis in eodem Instrumento, & præsertim prorogatione statutorum Synodaliuum bonæ memorie Domini Engilberti, sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopi, ad totam Provinciam Colonensem, aliisque in dicto Instrumento contentis, tanquam utilibus & necessariis Ecclesiæ Ecclesiasticisque personis & earum rebus, pro Nobis & Nostra Ecclesia nomine Procuratorio consenserunt: Ideoque Nos ea, quæ per ipsos in hoc negotio acta sunt, ratificantes & approbantes, sigillum nostrum, in signum adhibiti consensus & autoritatis à Nobis, similiter & approbationis, præsentibus duximus apponendum. Datum Anno Domini M C C X X I I, in craftino B. Martini Episcopi.

\* Lenol.  
dus.

Mirum,  
qui omni-  
tant hic  
Traje-  
tensem  
G. Monan-  
ster. sub-  
scriptiones.

## INSINVATIO ET EXECVTIO MANDATI APOSTOLICI,

De vita, habitu, & honestate Clericorum  
& Monachorum,

Facta per

D. W I L H E L M V M,  
Archiepiscopum Colonensem, &c.

D. I O H A N N I,  
EPISCOPO OSNABVRGENSI,

tanquam Suffraganeo suo,

Anno M C C C L X , die 3 Mensis Octobris.

**R**Everendo in Christo Patri D. Iohanni, Episcopo Osnaburgensi, Wilhelmus, Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, salutem in Do-

mino, & Mandatis Nostris, imò verius in hac parte Apostolicis, obedire.

Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Domini Innocentii, Divina providentia Papæ Sexti, literas Apostolicas recepimus in hæc verba.

I N-

INNOCENTIVS  
EPISCOPVS,  
SERVVS SERVORVM DEI,  
VENERABILI FRATRI  
WILHELMO,  
Archiepiscopo Colonensi,  
Salutem & Apostolicam Benedictionem.

**E**t si de cunctorum Christi fidelium, super quorum universali cura & custodia sumus constituti, delictis & excessibus doleamus ab intimo; de Prelatorum tamen & Clericorum defelictibus tanto nimis um dolemus acerbiss, & profundius conturbamur, quanto sentimus graviora inde eisdem fidelibus animarum pericula provenire. Nuper siquidem ad aures nostras rumor infestus, de partibus Alemanie progressus, fide digna reparatione perduxit, quod nonnulli, solo vocabulo Clerici & Ecclesiasticae personae, non solum in minoribus Gradibus consientes, sed etiam ad fastigium Pastoralis dignitatis eveni, de partibus prelibatis, effrenato quadam vivendo modo libitum pro licentia capientis, & per dissolutionis lubricum & sine ullo rationis imperio gradientes, negligenter Clericalis honestatis observantia, & gravitate Ecclesiasticae Religionis abjecta, vitam suam, Deo & Ecclesiasticus ministeris dedicatam, quibusvis secularibus omnibus contra sacrum Canum prohibitiones se immiscent, in ludis, bastiludis, torneamentis, & aliis militaribus & prohibitis eis actibus, nec non in descendi vestibus secularibus ac aliis quibusdam a jure prohibitis ornamenti, dilapidantes bona pauperum & Patrimonium Iesu Christi, in Dei offendam, proprias salutis dispendium, & perniciosem populi talia consipientis exemplum. Nos igitur, attendentes, quod, qui tanquam Dei ministri positi sunt ad abolendas maculas subditorum, immaculatum & irreprehensibilem debent discere vitam suam, & quasi lumen accensum super candelabro positi, gregem Dominicum, sibi commissum, in viam reclam dirigere verbo pariter & exemplo: considerantes item, quod sepe pejora malis addere solent impunitates delictorum, & propterea, huiusmodi talium personarum excessibus, debitis obviri remediis cupientes; fraternitatem tuam requirimus pariter & monemus attente, per Apostolica scripta tibi nihilominus mandantes, quatenus, juxta vocationis tuae debitum officium, & incumbens tuis humeris omnis ministerii Pastoralis, attenta diligentia, & diligenter attentione, te sollicitum reddas & vigilem circa Prelatos & Clericos, aliasque personas Ecclesiasticas, cuiuscunque gradus & dignitatis existant, tibi subiectos, ab huiusmodi excessibus coerendos, si quos in prefatam temeritatem & lasciviam inveneris incidisse; ut a talibus

actibus prorsus abstineant, seculares huiusmodi mores, gravitati Ecclesiastice penitus indecentes, abjiciant, & Divinis obsequiis, vocationis sua immemores, integritate vita & gestibus modestis intendant, correctionis tuae limam in pernaces & negligentes, prout ad tuum spectat officium, efficaciter impensis, & etiam venerabilibus fratribus Nostris Episcopis, Suffraganeis tuis, mandaturus, ut circa subditos sibi Clericos & personas Ecclesiasticas similem curam adhibeant, & ad huiusmodi corripiendo abusus vigilanter advertant. Sic ergo adhibitus debite solicitudinis tuae curam, & tuum ministerium impleas in praedictis, quod apud Nos, cum tolerare negligentiam non possimus, adhibitus solvit & preconium merearis, & contra delinquentes eosdem aliud remedium adhibere non sit opus. Ceterum, ut hec omnia tibi latius & apertius innotescant, Venerabilis frater Noster Philippus Episcopus Cavallicensis Apostolice Sedis Nuncius, per Nostras literas, & dilectus filius Conratus, Praepositus Ecclesiae B. Marii Moguntinenis, lator presentium, per Nos vive vocis oraculo plenus informari, eidem fraternitati tuae, Nostrae mentis propositum plenus explicabunt & seriosus; quibus, vel eorum alteri, dabis in praedictis cum efficacia operis plenam fidem: nihilominus praefatis Episcopo & Praeposito, vel alteri coramdem super quibusdam aliis, pro parte Nostra tibi viva voce latius referendis, tam plenarie quam efficaciter crediturus. Datum Avinione, tertio Kalendas Maii, Pontificatus Nostrorum anno septimo.

Volentes itaque praedita Apostolica Nobis directa adimplere mandata, ne de damnablem possimus negligentia reprehendi, dissolutiones, indecentias, & abusus varios, quibus Clericos & Ecclesiasticas personas Nostrarum Civitatis & Dioecesis Coloniensis excedere & scandalose deformari compemus, Apostolicis jam dictis compulsi praecipitis, Pastoralis Emendationis sarculo evellere cupientes: sancta Synodo per Nos in praesentia, Priorum ac Prelatorum & ceterarum Ecclesiasticarum perlonarum, earundem Nostrarum Civitatis & Dioecesis, ad ipsam Synodum congregatarum, apud Ecclesiam Nostram Coloniensem, his diebus more solito celebrata, suspensiones quarumcumque poenarum & censurarum Ecclesiasticarum, in statutis & mandatis quondam Reverendorum Patrum Dominorum Henrici & Walrami Archiepiscoporum Coloniensium, Prædecessorum Nostrorum, pro Reformatione vitae & honestatis status Clericalis editis, pridem promulgatarum, nuperque ad preces dilectorum Nobis Decanorum Nostrarum majoris & aliarum Ecclesiarum Collegiarum Coloniensium, aut alias qualitercumque per Nos factas, quia Decanos ipsos in correctione dissolutionum, abusionum & excessuum praedictorum, Nobis pollicita per

I. 2. eodem,

eosdem, invenimus notorie negligentes, quantum ad infrascriptos abusus & indecentias, revocamus, cassamus, & nullius deinceps esse volumus firmitatis; sed statuta & mandata praedicta, cum penis, sententiis & censuris Ecclesiasticis quibuscumque, contentis & prolatis in eisdem, quoad dissolutiones, indecentias, & abusus eosdem, cum subscripto moderamine innovamus, ea in statum primaeum restaurantes. Ne autem Clerici & personæ Ecclesiasticæ praedictas penas hujusmodi, utique formidabiles, incident quodammodo improviso; monemus universos & singulos Clericos seculares, Beneficiatos & non Beneficiatos, in sacris tamen Ordinibus constitutos duntaxat, & etiam Religiosos, cujuscumque Ordinis, gradus, aut conditionis existant, ne de cætero vestes partitas, virgatas, taliatas, scacatas, aut quibus manicæ vel aliae particulæ alterius coloris sunt afflatae, aut omnino rubeas, aut omnino virides, aut glaucas, pro superiori veste desuper cinctas, aut t' bottonatas, vel nodatas præter togas, vel scissas, consuticias in aliqua lùi parte, nisi in spatulis & manicis duntaxat, pro superiori veste, aut caputiola parva subtus brachia colligata, vel vinculis vel nodis alteri vesti affixa, aut etiam caputia vel alias vestes scissas per particulas pendentes, vel auri vel argenti aut texturam vel circumferentiarum appositione ornatas, vel manicas wambosiorum ultra manum pendentes, aut wambosia de fuscana, vel tela linea \* aut ex alia quacunque materia desuper, vel etiam sub wambosia sericia vel semi-sericia, findatica vel velluta indumenta pro prima veste ferant: nec Togis, quas in fraudem statutorum & mandatorum praedictorum deferre consueverunt, sub Choripelliciis aut cappis, nisi in Matutinis duntaxat, induantur. Barbas quoque, intra tres septimanas, non rasas, in Ecclesiis vel eorum Capitulis Calceos etiam per particulas pendentes scissos, vel etiam multipliciter perforatos alii cubi non deportent. Sed vestes Clericales decentes & honestas, ad minus usque ad medium tibiae vel ultra suram longas, & non nimium strictas, & coronas ad minus singulis tribus septimanis rasas, in loco capitis debito apparentes & assidue detectas, portent. Hastiludia & Torneamenta in locis Beneficiorum suorum similiter non exerceant ullo modo. Presbyteri vero, quos, propter tanti præminentiam Ordinis, præcipua morum decet honestas, vestes, quas sibi de cætero novas facient, usque talum vel prope longas: Coronas quoque largas, & capillos capitis non in totum rasos, vel in totum detonsos, sed infra decurtatos, & auribus saltet in parte patentibus, deferant: manicas vero wambosiorum intra mensuram unius quartalis & dimidiæ ulnae Coloniensis longas vel largas non ha-

beant, sed intra mensuram prædictam, latitudinem & longitudinem sibi restringant earundem. Non tamen prohibere intendimus, Exceptio, quin Clerici seculares, in itinere constituti, vel à locis, in quibus consistunt, statim eadem hora recessuri, vel equites exituri, vestes competenter breves, nodatas, & desuper cinctas ferre possint. Monemus insuper universos & singulos Monachos & Canonicos Regulares, ac etiam Moniales, cujuscumque præminentia, Ordinis vel conditionis existant, etiam si allegent, quod de confuetudine Monasteria sua deferere & Matrimonium contrahere possint, ne de cætero habitum sue Religionis dimittant, aut vestibus secularibus induantur, neque vestes t' botonatas vel nodatas, aut seculares, seu calceos infra talum bassos, aut vestes vel zonas seu \* cingulos, auro, argento, vel gemmis ornatas, in aliquo loco publice deferant; sed vestes hujusmodi seculares & corrigias ornatas (ut præfertur) vendant absque illa fictione sine fraude. Neve Monachi & Canonicci Regulares prædicti, in aliquo loco Tabbardis nitantur: quia Tabbardus, ipsorum habitus in Iure vel ipsorum Regulis descriptus vel eis permisus non existit, sed per abusum usurpatus per eosdem. Sed Monachi ipsi cucullas largas & usque ad terram longas, non nodatas sed infra in totum clavas, vel flotis aut cappas & scapularia ferant secundum Constitutionis Clementis, quæ incipit, Ne in agro, continentiam & tenorem. Neve Moniales pepla seu sericeos pannos capitum, qui Cruselere in vulgari idiomate appellantur, aut etiam Acus, grossa habentes capitia, aut gemmis ornatas, deportent. In omnes & singulos utriusque sexus homines, quos superdictæ monitiones & inhibitiones Nostræ tangunt, & prout ipsos & eorum quemlibet concernunt, etiam sub Toga vel Cappa hujusmodi vestimenta & alia prohibita prædicta deterrent, monitione triginta dierum præmissa, quos à publicatione præsentium currere volumus, Excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis. Iuhibemus insuper tam Clericis Secularibus, quam Religiosis Ecclesiasticisque personis quibuscumque supradictis, ad quos Fructuum & Præventuum grossorum vel Distributionum quotidianarum Ecclesiarum seu Monasteriorum corundem administratio, exhibitio, vel quævis distributio pertinet, ne talibus excommunicatis quicquam de fructibus, præventibus, obventionibus, quotidianis distributionibus vel Præsentis, vel per se vel per alios, quocumque colore qualito, distribuant vel administrant quovis modo. Alioquin ipso administratores vel Distributores pro tempore, dictorum triginta dierum monitione præmissa, excommunicamus in his scriptis: quos omnes & singulos, excommunicatos volumus publice

Vestes scissiles &  
variegatae  
& alia  
indecen-  
tes, Cleri-  
cis inter-  
dicuntur.

\* aut alia  
quacun-  
quo.  
Toga.

Barba.

Calcei.

Vestes Cle-  
ricales.

Corona.

Presbyte-  
ralis ha-  
bitus de-  
scriptio.  
Corona.  
Capilli.

Wambos-  
iorum  
manicas.

Monachi  
& Can.  
Regulares  
qui se gen-  
rere de-  
beant.

Tabbar-  
dus.

Cuculla,  
floti, aut  
cappa  
quales.

Clem. N.

in agro.  
De statu  
Monach.  
vel Can.  
Regula-  
rium.

Monia-  
lium ha-  
bitum.

publice nunciari. Absolutionem verò omnium & singulorum, qui hujusmodi sententias incurrerint, Nobis duntaxat reservamus.

Mōhemus etiam universos & singulos Abbes, Decanos Ecclesiarum Collegiarum & Monasteriorum prædictorum, & alios quouscunq; Nobis subditos, cujuscunq; Ordinis, status, sexus aut conditionis existant, ad quos vel ad quas personarum Ecclesiarum & Monasteriorum suorum correctiones pertinent, ipsique sub Excommunicationis poena districte præcipiendo mandamus, quatenus ipsi & eorum quilibet, ultra peenas præscriptas, etiam per confuetudinarias Ecclesiarum & locorum suorum peenas, personas easdem, prout ipsis sub sunt, pro præmissis & aliis quibuscunq; idēcentiis, dissolutionibus & abusionibus, & præterim pro Divinorum negligentia Officiorum, corrige-re non tepeſcant. Noſtræ enim intentionis non exiſtit, correctionibus Disciplinaribus Ecclesiarum & Monasteriorum prædictorum, ſeu Iurisdictioni quorūcunq;, in aliquo de-roga: multipli enim pena merito per-celluntur, qui, in præmissis multipliciter exce-dentes, Divinam offendunt Majestatem, fuos Superiores despiciunt, ſatum Clericalem, in quo ſunt, unde & temporalem alimoniam & honores habent præcipuos, inhonorant; ſicque in ſe & in alios, eos ſuo pernicioſo corrupteſtes exemplo, peccant ſcandalole.

Cæterum, quia in nonnullis Collegiatis Ecclesiis supradictis confuetudinem, immo dannabilem abuſum, invaliſle percepimus, ſelicit quod Decani Ecclesiarum earundem, & alii Iurisdictionem habentes, Canonicos & alias personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum suarum Divina Officia & Ministeria non facientes, aut eisdem non intereſſentes, aut alias excedentes, per censuras & poenas ipſarum Ecclesiarum, & Monasteriorum prædictorum Disciplinare confuetudines, corriger non poſſunt, subtrahendo ſcilicet eisdem Canonicos aliquid, etiam modicum vel magnum, de fructibus Præbendarum suarum: hanec malam confuetudinem, immo pernicioſam corruptelam, facris inimicam Canonibus,

& Divinæ inviſam Majestati, damnamus & reprobamus; inhibentes universis & singulis Praelatis, Canonicis & Monachis, & Ecclesiasticis perlonis prædictis, ne de cætero hu-jusmodi corruptelam fervent, aut ſecundum eam judicare præſumant. Alioqui, ſex dierum monitione præmissa, quos à dicta publicatio-ne prætentium currere volamus, contrarium facientes, ab Officio Divinorum ſuspendimus in hiſ ſcriptis. Mandamus etiam universis & singulis Abbatis, nec non Collegiarum Ecclesiarum & Conciliorum ſeu Christianitatum Decanis & Praepositis Monasteriorum Noſtrarum Civitatis & Diocesis prædictarum, ſub Excommunicationis pena, quatenus intra octo dies, à Data prætentium continue ſubsequentes, præmissorum copiam de verbo ad verbum recipient, ac ea omnia & singula, quam primum commode poſſent, perlonis Monasteriorum Ecclesiarum ac Conciliorum suorum ad id convocatis, pu-blicare curarent. Cupientes igitur mandata hujuſmodi Apoſtola in omni ſua forma, quantum in Nobis, ad effeſtum debitæ executionis perducere, ut tenemur; vos in Do-mino requiriſmus & hortamur, vobis & di-ctarum literarum autoritate nihilominus diſtriſte præcipientes mandamus, quatenus maxime earundem literarum tenore & for-ma, ad comprefcendos & abolendos ſupra-tačtos & alios quoſcunq; abuſus, diſſolutio-nes & indecentias, ſi quibus forſitan, ut veriſimiliter preſumimus, Clericos & personas Ecclesiasticas veſtrarum Civitatis & Diocesiſ comperiti diſformari, ſalubre correſtio-nis remedium, maxime ſecundum modum & formam Noſtrarum Ordinationum & ſtatuto-rum præmissorum, aut aliās prout qualitas perlonarum Ecclesiasticarum & locorum ex-ege rit, quanto ocius diligenti ſolertia exhibe-re curetis; taliter curiositatis veſtra circa haec ſolicitudinem exhibentes, quod ſuppleri per Nos veſtram in hiſ, quod abſit, negligen-tiam non fit opus. Datum Colonie ſub tigillo Noſtro ad cauſas, Anno Nativitatis Domini millesimo trecentesimo ſexagesimo, die Sabbathi, 3 mensis Octobris.

**ARGUMENTA**  
**SEV TITVL**  
**S T A T V T O R V M**  
**ECCLESIAE COLONIENSIS,**  
 Editorum à Domino  
**T H E O D E R I C O ,**  
**S. COLONIENSIS ECCLESIAE**  
**A R C H I E P I S C O P O .**

- |  |   |   |    |
|--|---|---|----|
| Contra fornicarios seu Concubinarios Clericos.   | 1 | si tamen idonei haberi poterunt, afferendi.         | 7  |
| Contra seculares, interdientes suis subditis, ne |   | Quibus de Concubinariis superius mandatum in-       |    |
| civilia & necessaria commercia cum Clericis      |   | telligendum.  | 8  |
| habeant, seu solita obsequia eis exhibeant.      | 2 | Contra heres, praeferit Wiclefiam seu Hussi-        |    |
| Officialis, in Causis Appellationum à Suffraga-  |   | ticam, per id tempus sevientem.                     | 9  |
| neis, servabit Iura communia.                    | 3 | Cur singulis feriis sextis, circa meridiem, campana |    |
| Contra abrogantes pias & laudabiles consuetudi-  |   | magna pulsetur, & cur item quotidie mane &          |    |
| nes.   | 4 | vespers ceterorum ictuum pulsatio fiat.             | 10 |
| Stationariorum seu Questuariorum officia solis   |   | Compassionis B. Marie Festum seu Memoria            |    |
| tantummodo Sacerdotibus concedenda.              | 5 | quando in Templis agenda.                           | 11 |
| Contra deambulantes in Templis sub Officiis Di-  |   | Statutorum Copia quibus necessario habenda.         | 12 |
| vinis.   | 6 | Approbatio Privilegiorum Cleri Coloniensis.         |    |
| In Vicecuratores Ecclesiarum Parochialium, non   |   | Receptatio & Comprobatio Statutorum Provincia-      |    |
| Frates Mendicantes sed Presbyteri seculares,     |   | lum D. Nicolai Cusani Cardinalis.                   |    |

**S T A T V T A**  
**ECCLESIAE COLONIENSIS,**  
**A BONÆ MEMORIÆ**  
**D. T H E O D E R I C O ,**  
**ARCHIEPISCOPO COLONIENSI,**

In Provinciali Concilio edita

ANNO DOMINI M CCCC XXIII.



HEODERICVS, Dei gratia, sanctæ Coloniensis Eccle-  
siae Archiepiscopus, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, Westphaliae & An-  
gariæ Dux, &c.

I. *Contra fornicarios seu Concubinarios Clericos.*

L Icet, per facros Canones sanctorum Pa-  
trum, satis abunde contra notorios for-  
nicarios Presbyteros, similiter & Clericos in  
sacris Ordinibus constitutos & Beneficiatos,  
focarias

focarias & Concubinas & mulieres suspectas, in domibus suis, & extra domum in Parochia, publice habentes, provisum existat: quia tamen, succrescente malitia temporis moderni, labes hujusmodi criminis in Ecclesia Dei in tantum inolevit, quod scandala plurima in populo sunt exorta, & verisimiliter exoriri poterunt in futurum, & ex fide dignorum relatione percepimus, quod quidam Ecclesiarum Praelati, & alii, etiam Capitula, ad quos vel ad quem immediate correctio conjunctim vel divisi ex statuto seu confuetudine dinoscitur pertinere, obtenuit commodi temporalis, vel ex negligencia, tales in suis iniquitatibus sustinuerunt & sustinent: Ideo, hoc sacro Provinciali Concilio approbante, monemus omnes & singulos Ecclesiarum Praelatos, & alios quoque Nostrae Provinciae, etiam Capitula & Collegia, ad quos vel ad quem hujusmodi Presbyterorum, Clericorum in sacris Ordinibus constitutorum ac Beneficiatorum, & aliorum correctio conjunctim vel divisiim immediate spectare dinoscitur, quatenus intra sex septimanarum spatium, post praesentem statutorum Provinciae publicationem, moneatis in specie & nominatim sub pena juris, & aliis maxime formidabilibus, omnes & singulos Presbyteros & Clericos in sacris Ordinibus constitutos, ut intra novem dierum spatium post hujusmodi monitionem eis factam, quorum diecum tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos tres pro tertio & peremptorio termino præfigimus, suas focarias seu Concubinas a se removeant, & ipsas ab eorum cohabitationibus & a Parochia penitus expellant, ipsas vel alias minime in eorum habitationibus & Parochia admissuri; alioqui inobedientes, ab Officiis Divinorum suspendant; & si protteritas eorum hoc exegerit, Beneficiis suis priventur. Et, si Praelati & aliqua etiam Capitula, ad quos Correctio prescriptorum immediate conjunctim vel divisiim pertinere dinoscitur, præscriptos Concubinarios effectualiter non corixerint, ita quod ipsi præscriptas mulieres a se & Parochia non removeant cum effectu vel animo, aut alias in eorum habitationes vel Parochias resumperint; & præscripti Praelati & Capitula tales Presbyteros vel Clericos, Beneficiatos vel non Beneficiatos, in suis iniquitatibus per spatium sex septimanarum sustinuerint; ex tunc volumus quod correctio talium Presbyterorum & Clericorum, Beneficiatorum & non Beneficiatorum, ad Dioecesanos locorum plenarie devolatur. Et, si Dioecesani locorum per sex spatium mensium hujusmodi delicta reliquerint incorrecta, cum ex tunc possint notari de negligentia, volumus & statuimus, quod ex tunc illorum delictorum & delinquentium correctio ad Nos libere devol-

vatur; non obstantibus quibuscumque pactis, consuetudinibus seu statutis. Inhibemus etiam, ne Beneficiati prædicti filios aut filias vel Concubinas dorent aut ditent de matrimonio Crucifixi, aut talium nuptiis vel etiam exequis audeant interesse: & qui contra fecerint, pena Canonica percellantur.

### II. *Contra seculares, interdicentes suis subditis, ne civilia & necessaria commercia cum Clericis habeant, seu solita obsequia eis exhibeant.*

Item, licet per sacros Canones sit provisum I contra obtinentes temporale Dominium, interdicentes suis subditis, ne Prælatis aut Clericis seu personis Ecclesiasticis quicquam vendant, vel emant aliquid ab eisdem, neque ipsis blada molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere prelumant, cum talia in derogationem Ecclesiastice Libertatis prelumantur: quia tamen persepe Universitates Civitatum, oppidorum, villarum & aliorum locorum, nec non Collegia, Societates, seu corpora Ministeriorum seu Officiorum mechanicorum, præscriptis similia & interdum majora committunt, & contra tales provisum est: Ideo statuimus & ordinamus, omnes & singulos, ad hoc opem, consilium, auxilium, vel favorem præbentes, Excommunicationis sententiam incurrere ipso facto. Et, quia per præmissa providimus Clericis contra Laicos, volentes etiam providere Laicis contra Clericos, quod ipsis Laicis de Clericis conquerentibus, ab ipsis Clericorum iudicibus fiat justitia expedita.

### III. *Officialis, in causis Appellationum à Suffraganeis, servabit Iura communia.*

Item statuimus, quod Officialis Noster Colonensis, qui fuerit pro tempore, in causis Appellationum, quæ ad curiam nostram ab Audientia Suffraganeorum Nostrorum seu eorum Officialium devolventur seu hactenus sunt devolutæ, servet jura communia, & maxime illa, quæ introducta sunt per felicis rec. <sup>t. Roma-</sup> Innocentius Papam IV, quæ hodie sunt <sup>nisi de a-</sup> inserta libro sexto Decretalium. Alioqui <sup>pell. in 6.</sup> ipsum Officiale nostrum ab Officio suspendimus.

### IV. *Contra abrogantes pias & laudibiles consuetudines.*

Item, cum præsumptuosa quorundam dominorum temporalium, Iudicum, Scabiorum, Consulium, Universitatum, Civitatum,

oppidorum, villarum, & aliorum locorum, nec non Collegiorum, Societatum seu corporum ministeriorum & officiariorum mechanicorum, Rectorumque aliorum locorum vel communictatum, aut quocunque nomine vel titulo nominare se præsumunt, seu præsumant in futurum; in nonnullis Nostrarum Civitatis & Diœcesis nec non Provinciæ terminis, contra Dei Ecclesiam suam extendentium potestatem temeritas sic excrevit, quod consuetudines & observantias vetustas & laudabiles, pia fidelium devotione introducunt, non absque scrupulo hereticae pravitatis infringere moluntur, inhibendo, seu opem, operam, consilium, auxilium & favorem ad hæc præstanto, aut aliis callidis & occultis machinationibus, seu condicis verbis aut factis perficiendo, ne tempore Exequiarum, ac in Septimis, Tricesimis, & Anniverariis Parochianorum defunctorum, aut aliæ quocunque tempore, panes, carnes, vel calei, seu pices, vinum vel cerevisia, seu candelæ vel denarii, aut aliæ res qualibet, prout juxta modum & consuetudinem prædictam earundem Ecclesiarum, Capellarum, vel Altarium, sub antiquis temporibus obtentum fuit, à Christi fidelibus utriusque sexus hominibus offerantur; ne etiam quis minus aut aliud, quam certam monetam, aut ejus valorem, aut Petras effraæ monetæ, aut consimile (in præjudicium Ecclesiasticae libertatis, ac contra constitutiones & observantias memoratas) offerat temporibus antedictis; cum præmissa in Divinæ Majestatis offendam (à qua Majestate Laici præscripti suas merito sibi datas recognoscere deberent potestates) ac Ecclesiarum earundem ac confuetudinum & observantiarum prædictarum grandem perniciem tendere dinoscuntur: Nos hujusmodi auctibus nefariis occurrere cupientes, districte inhibemus, ne quis, in modis præscriptis, vel aliis quibuscumque, dictas consuetudines infringat, aut infringere sine violare procuret, aut talia mandata vel statuta & novas consuetudines, immò verius corruptelas, de novo introducant, nec per se alios, qui buscumque machinationibus, condicis verbis vel factis qualitercumque efficiendo impediunt, quo minus dictæ aut quævis aliæ Oblationes, Ecclesiis aut Ecclesiasticis personis quibuscumque, juxta vota fidelium, liberè offerantur: nec, ad prædicta facienda vel non facienda, dent consilium, auxilium, opem, operam, vel favorem publicè vel occulte.

Insuper districte præcipiendo mandamus, ut in contrarium attentata, si quæ sint, revocent, & revocari procurent cum effectu intra mensem post publicationem hujusmodi Nostræ statuti. Alioquin in omnes & singulos, in præmissis contrarium facientes, & in his aut aliquo

## THEODERICI

ipsorum inobedientes & rebelles, Excommunicationis sententiam, quam etiam ipsos per Ius commune incidiſſe reputamus, ferimus in his scriptis; à qua, nisi Rectori Ecclesie, Capellæ, vel Altaris, cuius oblatio (ut præmittitur) impedita fuerit vel diminuta, de injuriis, damnis, expensis, & interesse, prius integrè satisfactum fuerit, nullatenus absoluntur. Volentes, quod universi & singuli Ecclesiarum Rectores, & eorum vices gerentes prædicti, quorum interest, præmissa suis Parochianis, singulis mensibus semel, publicare non omittant. Et, si Universitas in præmissis vel aliquo præmissorum deliquerit vel contra fecerit, Ecclesiastico supponimus Interdicto.

V. Sationariorum seu Quæstuariorum  
Officia solis tantummodo Sacerdotibus concredenda.

Item, statuimus & inhibemus, sub poena Excommunicationis latæ sententiae, ne quis de Officio Quæſtionatus Eleemosynarum se intromittat, nisi in sacris Ordinibus fuerit constitutus: nec Ambonem ad prædicandum populo, aut charitativa poſtulandum ſubſidia, aut Indulgencias ſibi commiſſias inſinuandum, vel aliud quam in eorum literis Apostolicis, vel Diœcelani Episcopi, contineatur, exponendum, niſi in Sacerdotio conſtitutus, ascendere præſummat. Mandantes universi & singulis Diœcelanis Noſtri Capitulis & aliis ad quos talium conſtitutio dinoſcitur pertinere, ne alicui, niſi ſecundum formam ſtatuti, literas concedant, & extra iſtam formam confeſſas, quanto citius revocare procurent.

VI. Contra deambulantes in Tempis  
sub Officiis Divinis.

Item statuimus, ne Canonici ac Beneficiati in Ecclesia, vagentur in Choro vel in Ecclesia, aut etiam intra Ecclesiam vel Coemeterium de loco ad locum, nec ſtando vel ſedendo inutiliter fabulentur, quamdiu inibi Divina peraguntur; ſed moratæ & diſtinctè in Choro intendant Divinis; ſub poenis privationis Fructuum ad octo dies.

VII. In Vicecuratos Ecclesiarum Parochialium, non Fratres mendicantes ſed  
Presbyteri ſeculares, ſi tamen idonei  
haberi poterunt, afferendi.

Item statuimus & ordinamus ſub poena Excommunicationis, quam ferimus in his scriptis, ne aliquis Rector aut perpetuus Vicarius

rius Parochialis Ecclesiae seu etiam Capellæ, ordinet, constitutat, vel deputet aliquem Religiosum mendicantem vel non mendicantem, ad regendum & gubernandum seu officiandum Ecclesiam suam, vel ejus Vicariam seu Capellam, aut \* alias vices suas committere talibus praesummat, modo alter idoneus comode haberi poterit, dolo & fraude seclusis.

\* alia. Datum, statutum, & ordinatum Coloniae, de consilio & in praesentia Venerabilium virorum Ambasiorum & Nunciorum Reverendorum Patrum & Dominorum Suffraganeorum nostrorum, Leodiensis, Traiectensis, Monasteriensis, Mindensis, & Osnaburgensis Episcoporum; ac Capitulorum Ecclesiarum earundem, qui ad hoc missi fuerunt in multitudine copiofa; Anno Domini 1423, die Sabbathi, vigesima mensis Martii, sub sigillo Nostro, præsentibus impresso in testimonium præmissorum.

### VIII. Quibus de Concubinariis superius mandatam intelligendum.

**T**Heodericus, Dei gratia, sanctæ Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, Westphaliae & Angariae Dux, &c. Cum Nos nuper editioni nostrorum statutorum Provincialium, in Sessionibus Nostrri Concilii Provincialis solemniter publicatorum, autoritatem, consensum & operam dederimus: jura tamen & jurisdictiones aut libertates Suffraganeorum nostrorum, & Ecclesiarum, aut aliorum quorumcunque Iudicum Provinciae Nostræ, tollere aut laedere, vel eos, ad aliquod verisimiliter impossibile, obligare non intendebamus nec intendimus. Idcirco, ad omnem ambiguitatem tollendam, quæ circa statutum, pridem in hoc sacro Concilio contra Concubinarios editum, possit suboriri, declaramus, hoc statutum ad notorios Concubinarios, Concubinas in corum habitationibus vel alibi publice detinentes, duntaxat extendi debere. Nolumus etiam, vigore dicti statuti, Nobis aliquam jurisdictionem acquiri vel ad Nos devolvi. Carolinam in generali Concilio Constantiensis approbatam, mandamus ab omnibus observari; ipsamque aliis constitutionibus statutorum Provincialium volumus infermat haberi.

Constitu-  
tio Caro-  
lina con-  
firmata in  
Concilio  
Constantien-  
si, Seff.  
19.

### IX. Contra haereses, praesertim Wiclefiam seu Hussiticam, per id tempus servientem.

**H**æres, haeticorumque Ioannis Wicleff, Ioannis Hus, & Hieronymi de Praga, doctrinas erroneous anathematizamus, reprobamus, & totaliter condemnamus;

mus; afferentes cum Concilio generali Constantiensi, quod omnes hujusmodi Articuli, aut sunt piarum aurium offendivi, aut seditionis, aut scandalosi, vel manifeste à fide devii, seu expressam haeresci continentis; prout in sententia lata contra dictos haeticos & iprorum perversa dogmata, plenius continetur. Quapropter universos & singulos, subjectos Nobis, in virtute sanctæ Obedientiæ requiri mus, & eis præcipiendo mandamus, quatenus, in spiritu virtutis Dei exurgentis, prædictorum haeticorum sequaces aut fautores vel receptatores, & eorum doctrinam reprobam cum opusculis memoratis, ubique illos seu illas contigerit reperiri, diligenter inquiratis, Nobisque Ordinario loci, aut alicui ex Inquisitoribus haeticæ pravitatis, ad hoc à Sede Apostolica deputatis vel deputandis, prodatis vel reveletis, atque mediante justitia (si non resipuerint) exterminari fideliter procuretis. Nos enim omnibus, per nostram Provinciam constitutis, confessis & contritis, qui ad hoc operam efficaciter dederint, aut qui in expeditione exercituum contra dictos haeticos profecti fuerint, de omnipotentis Dei misericordia, & sanctorum ac sanctarum nostrorum Patronorum & Patronarum meritis aut precibus confisi, xli dies Indulgientiarum de injunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus: Suffraganeos Provincie Nostræ in Domino hortantes, ut his nostris Indulgentiis similes in suis Civitatibus & Diocesibus superaddant. Mandantes insuper omnibus & singulis Ecclesiarum Rectoribus, & eorum Vicariis seu Presbyteris, aliisque Prædicatoribus per Provinciam Colonensem, quod in singulis sermonibus suis, ad populum faciendis, exhortationes faciant speciales ad inducendum populum congruis modis, ut orationes, jejuna, & alia pia opera, omnesque Presbyteri dictæ Provinciae Nostræ, Missarum in solemnis celebrandis, speciales Collectas & suffragia Nostro offerant Salvatori, quatenus Ecclesie sanctæ & veris Christicolis contra quoscunque persecutores aut rebelles ejusdem, praesertim dictam fidem impugnantes, largiri dignetur victoriæ & triumphum.

### X. Cur singulis feriis sextis, circa meridiem, campana magna pulsetur; & cur item quotidie, mane & vesperi, certorum ieiuum pulsatio fiat.

**I**Tem deinceps in singulis Civitatibus & locis Provinciae Nostræ principalibus Ecclesiis Collegiatis & Parochialibus, omnibus feriis sextis hora meridiei vel circa, in memoriam Passionis & mortis Domini nostri Iesu Christi,

Christi , nostrique Redemptoris , solemniter campana cuiuslibet Ecclesiarum magna pulseretur , ad excitandum Christi fideles , ut eadem hora memoriam Passionis Christi & suæ Redemptionis devotius recolant , & , per ejus merita , misericordiam Dei pro præmissis & omni necessitate Ecclesie implorent . Similiter quoque , approbante hoc sacro Provinciali Concilio , statuimus , ut deinceps in singulis Ecclesiis prædictis omni die circa Solis ortum , in memoriam Compassionis gloriose Virginis Mariæ , pulseret tribus vicibus campana magna ipsius Ecclesie ; & , prout haec dies circa occasum Solis , pro salutatione ejusdem Virginis gloriissimæ , pulsari conuevit , ad hortandum Christi fideles , ut in laude ipsius Virginis incipientes , eam cum Salutatione Angelica venerentur , ut ipsa , quam Filius ejus nihil negans semper honorat , pro nobis & omni necessitate nostra apud Dominum intercedat . Nos enim omnibus contritis & confusis , in Provincia Nostra constitutis , qui feria sexta tempore pulsus in memoriam Passionis & Mortis Domini Nostri Iesu Christi , tria *Pater Noster* , & tria *Ave Maria* , &c. nec non qui tempore pulsus , qui singulis diebus fieri debet circa ortum Solis , ter salutationem Virginis Angelicam , *Ave Maria* , flexis genibus oraverit , de omnipotentis Dei misericordia , & autoritate Nostra Metropolitana & Ordinaria , xl dies Indulgientiarum de injunctis eis Poenitentiis , toties quoties hoc fecerint , misericorditer in Domino relaxamus : Suffraganeos Provinciæ Nostræ in Domino hortantes , ut his Nostris Indulgentiis similes in suis Civitatibus & Diœcesis superaddant .

X I. *Compassionis B. Mariae Festum seu memoria quando in Templis agenda.*

**A**D gloriam sanctæ & intemeratae Virginis Dei Genitricis , pro miseriis peccatoribus Filium suum crucifixum affidue deprecantis & orantis , cuius laudes , etiam si omnes arenulæ maris in linguis converterentur , de promere nequirent ; nec non ad honorem illius Angustiæ & Doloris , dum Redemptor noster Iesus Christus , expansis manibus in Ara Crucis , pro salute nostra , immolatus , Matrem suam benedictam dilectissimo Discipulo suo Ioanni Euangelistæ commendavit , & præfertim ut prophanorum hæreticorum Hussitarum perfidia , qui Imagines , ad laudem Crucifixi & gloriose Virginis dedicatas , au-

Ioan. 19.

su sacrilego comburere & devastare , minime formidarunt nec formidant : statuimus & ordinamus , ut Festum Commemorationis præfatæ Angustiæ & Doloris B. Mariæ Virginis , deinceps singulis annis Feria sexta post Dominicam Jubilate , nisi aliquod Festum eodem die intervenerit , & ex tunc prima Feria sexta proxima subsequenti , in primis Vesperis , Matutinis , aliisque Horis , nec non in secundis Vesperis in Choro tantum , in omnibus Ecclesiis , Provinciæ Nostræ subiectis , secundum Notas ac Historiam & Homiliam de eodem Feste compositas , solemniter celebretur : ut Dominus noster Iesus Christus velamina de cordibus corundem Hæreticorum auferat , & eosdem ad facrosanctam Fidem Catholicam revocare , & Christi fideles ab erroribus & omni malo per piissimam suam misericordiam præservare & custodire dignetur . Cuiuscunque autem interessenti huic Missæ cum devotione , de omnipotentis Dei misericordia & autoritate Nostra Metropolitana & Ordinaria , xl dies Indulgientiarum de injunctis eis Poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus : exhortantes Suffraganeos Provinciæ Nostræ in Domino , ut his Nostris Indulgentiis similes in suis Civitatibus & Diœcesis superaddant .

X II. *Statutorum copia quibus necessario habenda.*

CETERUM mandamus omnibus Suffraganeis Nostris & eorum cuilibet , ut statutorum , in sacro Provinciali Concilio concludorum & publicatorum , copiam sub forma authenticâ intra unum meniem immediate subsequentem recipient , & suis Synodalibus Conciliis faciant publicari intra tempus à Iure statutum , ne quispiam de sibi subiectis , de eorum editione prætendere valeat ignorantiam vel allegare . Et præcipue mandamus Decanis Ecclesiæ Nostrarum Civitatis & Dicecisis , ac Christianitatum Decanis , quantum ea in suis Ecclesiis & Capellis convervent & publicent , ac ulterius dent ( per Copiam ) Ecclesiæ Rectoribus Decanatum eorundem : alioqui , justo impedimento cœfante , præmissa negligentes , per Excommunicationis sententiam , tanquam inobedientes , volumus Canonice puniri .

Pronunciatum in Ecclesia Nostra Coloniensi , sub Anno à Nativitate Domini 1423 , die Iovis , 22 mensis Aprilis , sub sigillo Nostro , præsentibus appenso in testimonium præmissorum .

C O N-

# CONFIRMATIO CONSTITUTIONIS,

A

CAROLIV,  
ROMAN. IMPERATORE,  
PRO ECCLESIA EDITÆ,

Cujus paulo ante specialis fit mentio,

Quemadmodum publicari jussa est in Concilii  
Constantiensis Sessione xix.

Ipsum Autographum Constitutionis CAROLINÆ affervari Romæ in  
Libro Cancellariæ Romanæ Ecclesiæ, Sessione xix Concilii  
Constantiensis afferitur: quo remittimus Lectorem.

**S**acro-sancta Synodus Constantiensis, in speculum sue considerationis extollens, quam gravissima dispendia Ecclesiæ, Monasteria, Hospitalia, Xenodochia, & alia pia loca, ac personæ Ecclesiastice, sic tempore Guerrarum & lugubris Schismatis, prò dolor, causante malitia & ambitione mentium humanarum, ad talia diversis coloribus, modis & titulis imitantum improbe, haec tenus pertulerint, maxime à tempore felicis rec. Urbani Papa VI inclusive citra, ac perferant incessanter, in talibus, collectis, exactionibus, occupationibus, invasionibus, detentionibus, disfractionibus, concessionibus, venditionibus, infundationibus emphyticis, & aliis locationibus, donationibus, dimembrationibus, dationibus, permutationibus, & aliis variis & diversis alienationibus regnum, provinciarum, comitatum, dominiorum, territoriorum, districtuum, civitatum, castrorum, villarum, & aliorum locorum, Bonorum, iurium etiam spiritualium, ac jurisdictionum, ad Romanam & Ecclesiæ alias, Monasteria, Hospitalia, Xenodochia, & pialoca ac personas huiusmodi communiter vel divisi speulantum, aliisque gravaminibus haec tenus à dicto tempore citra, & per ipsum tempus, seu ipso tempore usque in presentem diem, præter seu contra dispositionem juris scripti quonodocunque & qualitercunque impositis, illatis, factis, seu præsumptis, aut attentatis: Ac intendens & cupiens circa reformatiōnem immunitatis Ecclesiastarum & Ecclesiasticarum personarum, ac recuperationem Bonorum & iurium suorum diligenter intendere, quamvis dum contra seculares potestates, nec non Confules

Civitatum, ac alios, qui Ecclesiastas & viros Ecclesiasticos tallius, collectis, & exactionibus aliis aggravare mitabantur, in Lateranensi Concilio immunitati Ecclesiæ provisum fuit; per quod hujusmodi præsumptio sub anathematis distinctione prohibita fuit, & illius fautores & transgressores excommunicationi subjaceret, præcepit hujusmodi Concilium, donec satisfactionem earundem impenderent competenter: ac etiam constitutiones & sententie, que à talibus vel de ipsorum mandato forent promulgatae, inane & irrita haberentur, nullo tempore validae; Et ut nullus vano in hoc deciperetur errore, ut intra tempus sui regimini hu-  
scursus.  
jusmodi anathema, quasi post illud non esset ad satisfactionis debitum compellendus, decretum fuit in eodem Concilio, ipsum qui satisfacere recusat, & successorem illius, nisi satisfacaret intra mensim, manere debere Ecclesiastica censura conclusum, donec satisfacaret competenter; cum etiam succedere debeat in onere, qui substitutur in honore. Et licet etiam in sacris legibus pro libertate & immunitate Ecclesiastica, sive Ecclesiastarum & Ecclesiasticarum personarum, multa salubria & favorabilia statuta fuerint; dudum felicis rec. Honorius Papa III, attente considerans, quod quondam Fridericus II, olim Rom. Imperator, tunc sub obedientia & devotione sanctæ Romane Ecclesiæ persistens, ad laudem ejusdem Ecclesiæ & sacri decus Romani Imperii, cupiens, ut expurgatis quorundam erroribus, & inquis statuis penitus destitutis, de cetero Ecclesiæ & Ecclesiastice persone plena vigerent quiete, & secura libertate gauderent: ac pie & juste attendens, quod querundam perverorum iniquitas adeo abundat,

verat, ut non dubitarent, contra Ecclesiasticam disciplinam & sacros Canones, statuta sua confingere adversus Ecclesiasticas personas & Ecclesiasticam libertatem; Edictali lege hujusmodi statuta iniqua irritaverat, & preceperat irrita annunciar, & omnia statuta & consuetudines contra Civitates & loca, potestates vel Consules, aut quocunque aliae personæ, contra libertatem Ecclesiæ & Ecclesiasticas personas hujusmodi edere aut conservare tentaverint contra Canonicas & Imperiales sanctiones, de ipsis Capitularibus intra duos menses post hujusmodi legis publicationem penitus aboleri facerent: &, si de cætero talia attentarent, illa ipso jure decrevit esse nulla, & eos suajurisdictione privatos; nec non locum, ubi talia deinceps presumpta fuissent, banno M. marcarum auti fisco Imperiali precepérat subjacere: Potestates vero, Consules, statutarii & scriptores statutorum predicatorum, nec non consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta & consuetudines memoratas judicarent, ex tunc essent ipso jure infames; quarum sententias & actus legitimos, statuerat aliqualiter non tenere: quodque si per annum, prefatarum constitutionum inventi forent contemptores, Bona corum per totum suum Imperium, mandavit, impune ab omnibus occupari, salviis nihilominus aliis penis, contra tales in generali Concilio promulgatis. Et insuper voluerat tunc idem Imperator, quod nulla Communitas, vel publica persona seu privata, collectas seu exactiones, angarias vel perangarias, Ecclesiæ vel aliis piis locis aut Ecclesiasticis personis hujusmodi imponeret, aut invadere Ecclesiastica bona presumeret: quod si fecis ficeret, & requisita ab Ecclesia vel Imperio, hujusmodi emendare contemneret, tripliciter refunderet, & nihilominus banno Imperiali subjaceret, quod sine satisfactio ne nullatenus remitteretur. Statuerat insuper quod, quocunque communitas vel persona per annum in Excommunicatione propter libertatem Ecclesiæ violatam persistet, ipso jure banno Imperiali subjaceret, a quo nullatenus extraheretur, nisi prius ab Ecclesia beneficio absolutionis obtinet. Et insuper ordinaverat, ut nullus Ecclesiasticam personam in criminali questione vel civili ad judicium seculare presumeret trahere, contra Canonicas sanctiones, & contra Constitutiones Imperiales: quod si fecis ficeret, actor a suo jure caderet, & judicatum non tenevet, & judex foret ex tunc judicandi autoritate privatus; quodque iudices temporales, qui Clericis & personis Ecclesiasticis justitiam denegare presumerent, tertio requisiti, suam jurisdictionem amitterent; prout in dicta Imperiali edictali Constitutione plenus continetur. Dicitusque Honorius Constitutionem ipsam, de consilio etiam fratrum sancta Romana Ecclesiæ Cardinalium qui tunc erant, autoritate Apostolica approbans & confirmans, ipsam mandavit inviolabiliter observari; nec non statutariorum & scriptorum predicatorum, excommunicatos eadem autoritate nunciari. Et deinde ad evidentiā dīvī memoria Caroli quarti etiam Romanorum Imperatoris semper Au-

gnisti deducēto, quod nonnullæ seculares personæ, in potestatibus & officiis publicis constitutæ, videlicet Duces, Marchiones, Comites, & alii Domini temporales, nec non Consules Civitatum, oppidorum, villarum & locorum Rectores, in eorundem Provinciis, Dei timore postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes, morū proprio, & de facto, contra personas Ecclesiasticas & Ecclesiasticas libertates & harum privilegia condiderant, illisque de facto & publicè utabantur contra Canonicas & legitimas sanctiones; utpote quod nulla Bona temporalia in vim & potestatem Ecclesiasticam transferantur, & ne Clerici, in sacris constituti, ad agendum & testificandum in civilibus, & maxime in piis causis, aliquatenus admitterentur; quodque excommunicati Laici & publicè denunciati, in foro civili minime repellerentur: & insuper cum predicti domini temporales, Consules & Rectores per secularem potestatem res ac bona Clericorum occuparent, arrestarent, & obligationem Christi fidelium minuerent atque restringerent, exactiones & tallias indebitas de Bonis & redditibus Ecclesiasticis exigerent & extorquerent, possessio nes Ecclesiasticis & personarum eorundem devastarent incendiis & rapinis, contractus inter Clericos & Laicos factos legimus, ac libros Civitatum, castrorum, villarum & aliorum locorum predicatorum inscribere & sigillare recusavent, donataque & legata ad fabricas & Ecclesiasticas struc turas, contra dictorum & praefectorum voluntatem & aliorum quorum intererat, contra justitiam usurpare presumerent, ac in fraudem & odium Clericorum de Bonis Ecclesiæ & rebus Clericorum, que, non causa negotiationis, sed pro eorum propriis usibus per eorum terras & dominia ducebant & duci faciebant, teloneum exigere & recipere non verebantur, & configuentes atque currentes ad Ecclesiæ & eorum cœmeteria, inde extraire contra Canonicas & Imperiales sanctiones presumperant: Idem Carolus Imperator, tanquam Christianissimus Princeps, volens in premissis providere de remedio salutari, etiam de quorundam Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumpque aliorum consilio, autoritate Imperiali, quocunque statuta & consuetudines predictas, tanquam per Canonicas & Civiles sanctiones expresse reprobata, cassavit, irritavit & annullavit, ac cassa & irrua nulliusque roboris esse voluit penitus & momenti, praecipiens sub indignatione banni Imperialis, universis & singulis principibus ac dominis temporalibus, consilivis, potestatibus, & aliis in Officiis publicis constitutis, quantum ex tunc ipsorum statuta & ordinationes, sicut in prejudicium Ecclesiasticæ libertatis editicia fuerant, omnia revocare & de luce tollerent: quodque secundum ea non judicarent amplius, nec sententias ferrent, aut eisdem in judicio vel extra judicium quomodolibet pro & contra Ecclesiasticam libertatem potirentur. Pronunciavitque insuper, & eadem decrevit autoritate, quod quicunque Laicus, cujuscunque status gradus, aut conditionis exist-

existaret, ausu sacrilego & proprie temeritatis audacia, Sacerdotem vel Clericum Secularem vel Religiosum diffidaret, prosciberet, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, ac hujusmodi maleficia perpetrantes & facientes scienter receptaret, vel eis favorem praestaret, praeter paenam, a sacris Canonibus, Imperialibus & legibus sanctionibus in tales promulgatas, eo ipso redederetur infamis, ac omni honore privatus, nec ad placita vel consilia Nobilium admitteretur quovis modo. Hortans insuper in Domino & requirens Ecclesiasticos Prelatos, in illis partibus, in quibus committerentur talia, constitutos, ut legem Imperialem hujusmodi per eorum Ecclesias & Synodos publicarent, ne transgressores hujusmodi, per similitudinem ignorantiam, suas in hac parte valeant malitia excusare; prout in edictali lege predicta plenius continetur. Quia non tantum in Provinciis & Regnis, quæ Romanum profiterentur Imperium, sed fere modernis temporibus ubique in toto Christiano orbe, neglectis hujusmodi Lateranensis Concilii Constitutionibus, Imperialibus ac sacris sanctionibus quibuscumque, ab impiorum malitia adversus Ecclesias & Clericos nulla reverentia, nullo Dei timore, nulloque animarum interitu pensatis, eorumdem temere audacia crevit insolenter: Igitur auctoritate Dei Omnipotens predicta omnia innovat, statuit & confirmat, perpetuisque futuris temporibus ab omnibus Christi fidelibus, ubilibet in omnibus & per omnia, juxta ipsarum Constitutionum tenores, sub bannis aliisque paenitentiis & censuris, supra in eisdem comprehensis, inviolabiliter observandis.

Ceterum in eodem Lateranensi Concilio statutum & ordinatum fuit, quod Episcopos sive Ordinarii cum consensu sui Cleri, ad relevandas communes utilitates & necessitates, ubi Laicorum non suppetunt facultates, absque ulla coercitione possit Ecclesiasticas personas compellere ad aliqua subsidia Laicis conferenda, prius Romano Pontifice consulto: & hoc sumpta occasione Laici in quampluribus partibus, minis vel terroribus seu aliquibus aliis modis aut coloribus diversis dicunt, ut tallias, collectas, subsidia, impositions, vel alia quævis onera, quocumque vocabulo seu nomine nuncupentur, Ecclesias vel Clericis imponant, aut imponi consentiant, vel permittant cum facultate interdum per ipsosmet Laicos aut alios exigendi; ex quo Constitutione Lateranensis, quæ ob pietatem Laicorum fuit ordinata, in impietatem & grave damnum & jastram Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum veritus: Ideo dicta sancta Synodus hoc perpetuo statuit & ordinat, quod nulla persona secularis, cuiuscumque dignitatis aut status & conditionis existat, etiam si Imperiali, Regali vel quacunque prefulgeat dignitate, sub praetextu consensus Episcopi, Clero tallias, impositions & onera vel subsidia imponat, exigat vel recipiat nisi prius Romano Pontifice consulto; sub paenitentiis, bannis, & censuris eisdem.

Idem per omnia, Romano Pontifice dictas tallias vel collectas imponente, vel imponi mandante, con-

sensu Episcopi vel Cleri non accedente. Episcopi vero, qui contra predictum Concilium Lateranense vel hanc Constitutionem, imponendo vel imponi consentiendo vel exigendo, consenserint, eis ingressus Ecclesiae ipso facto sit tandem interdictus, donec lexis Ecclesiae & Clericis ac Ecclesiasticis personis plenaria fecerint satisfactionem. Prelati quoque, qui contra sacerorum Canonum dispositionem, & contra Constitutionem Bonifacii VIII, que incipit, Vas electionis, visitando, vel charitatium subdividum nec non tallias & collectas imponendo, Ecclesias & Ecclesiasticas personas quocumque modo gravant, ipso facto ab omni administratione temporalium & spiritualium (etiam in Pontificali vel alia dignitate existant) sint privati; aliis quidem paenitentiis, in jure expressis, in suo robore permanentes. Item, considerans, quod nonnulli summi Pontifices ex captata opportunitate nonnullorum regum, dominorum, comitum & aliarum quarumvis personarum temporalium, aut ad ipsorum benevolentiam captandam, vel alio spiritu ducti, concesserunt & licentiam dedecunt eisdem, tallias, collectas, subsidia, impositions, darias, pedagia, aut alia quævis onera hujusmodi imponendi vel exigendi ab Ecclesias, Clero vel Ecclesiasticis personis, in eorumdem dominio vel districtu, aut alibi constitutis & comorantibus, alias ad tempus, alias ad certam summan, sub diversis modis, formis vel conditionibus, in confessis literis Apostolicis vel aliis hujusmodi licentie comprehensis; idcirco omnes & singulas concessiones & licentias hujusmodi, etiam si de plenitudine potestatis Romanorum Pontificum aut Apostolicæ Sedis, quovis modo & quibusvis personis sub quibuscumque verborum tenoribus concessas, revocat, cassat, annullat & irrat. Dicitisque dominis, comitibus & aliis, ut supra, expressis, mandat & jubet in virtute sancte Obedientie, & sub paenitentiis, bannis & censuris, nec non in triplum restitutions, supra expressis, quas incurvant ipso facto, quod abunde in antea dictis concessionibus, licentias, aliqua & aliquibus ex ipsis nullo modo per se vel alium aut alios, directe vel indirecte, palam, publice vel occulte, imponendo vel exigendo, quoquo modo utantur; quinimo privilegia, concessiones & scripturae hujusmodi, super dictis concessionibus & licentias confectas, de luce aboleri faciant.

Item, eadem auctoritate statuit, ordinat, decernit & declarat, quod regna, provinciae, comitatus, dominia, territoria, civitates, districtus, terræ, ville, castra, fortalia, possessiones, edificia, grangie & quævis alia bona, res, jura, jurisdictiones, aëtiones reales & personales, spirituales & temporales, ac patronatus & pertinentie eorumdem, & Ecclesiarum Cathedralium Diœceses, que Romane sunt Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, Abbatialibus & quibusvis aliis Collegiatis Secularibus vel regularibus Ecclesias, Monasteriis, Prioratibus, mensisque Cathedralibus & Abbatialibus, Capitulis, Collegiis seu Conventibus, Hospitalibus, Xenodochiis, & quibusvis aliis piis locis,

K aliquid

alici vel aliquibus ex ipsis temeritate vel audacia, dolo, vi, vel fraude, quomodo cunque & qualitercunque per quavis personas Ecclesiasticas vel Laicales, Capitula, Collegia, Dominos, Comitatus & Universitates, etiam si Imperiali, Regali, Cardinalatia, Pontificali, vel alia quavis Ecclesiastica vel Laica præminentia & dignitate præfulgerent, à tempore fel. rec. Gregorii Vndecimi inclusive citra; post cujus quidem Gregorii decesum schisma præsens, prob dolor, in Dei Ecclesia ortum habuit, quavis occasione seu colore quæsito fuerint invasa, occupata, usurpata, captata seu detenta, hujusmodi Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus mensisque Cathedralibus & Abbatialibus, Capitulis, Collegiis, seu Conventibus, Hospitalibus, Xenodochiis & pii locis, videlicet illi & illis, cuius, quorum vel quarum tempus, & in tempore invasionis, occupationis, usurpationis, captionis, seu detentionis hujusmodi erant & nunc sunt, dummodo tempore invasionis, occupationis, usurpationis, seu detentionis prædictæ, vel prius, + possessio, Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, mensis Cathedrales & Abbatiales, Capitula, Conventus, Hospitalia, Xenodochia, & pia loca, aut per aliquem vel aliquod ex ipsis, coram aliquo de executoribus sive conservatoribus, de quibus infra sit mentio, probetur infra tempus quadri mestre à die probationis prædictæ continuè currentem, vel si fama de dicta possessione ant secutâ invasione, occupatione, usurpatione, captione seu detentione hujusmodi erit in Diœcesi Ecclesiæ, Monasteriis, Prioratibus, mensuram Cathedralium, Abbatialium, Capituli, Collegi, Conventus, Hospitalis, Xenodochiis, vel pii loci hujusmodi, similiter infra simile quadrimestre, continuandum à die legitima citationis, monitoris seu requisitionis personaliter factæ, vel si possessoris copia commode haberi, aut bene tute ac legitime citari non possit, tunc & eo casu moncri & requiri valeat per edictum in aliquo loco Diœcesis, vel ipsi Diœcesi propinquo, ubi invasor, occupator, usurpator, captor seu detentor habuisse conseruerat, ad habitandum vacua & expedita, plenarie, realiter & cum effectu, omni cestante excusatione & exceptione, restituuntur, redditantur & redintegrantur, ac pacifice dimittantur, sub poenis, bannis & censuris, & sub aliis ut supra, & sub irriplicata restitutione, & sub infamia & occupatione & juris amissione, superiori nominatis: quas, negligentes, inobedientes, transgressores, rebelles & contra facientes, incurrit ipso facto; à quibus paenit & censuris & aliis prædictis non possint absolviri, nisi prius factis (ut præfertur) plenis & integris restitutiōibus. Et nihilominus ex abundanti cautela, ipsa sancta Synodus ex certa scientia, prædicta bona, regna, Civitates, & cetera ut supra, illis quibus erant (ut præfertur) restituit, reddit & redintegrat per præsentes. Et insuper liceat Prelatis, Capitulis, Conventibus, & rectoribus Ecclesiasticis, Monasteriorum & locerem hujusmodi, quorum talia regna, bona, & cetera erant, & nunc sunt, eorumque successoribus aut eorum Procuratoribus & Syndicis, autoritate propria, alicuius consensu vel licentia minime requisita, possessionem illorum intrare, capere aut detinere libere & impune, Constitutionibus & Privilegiis Apostolicis & Imperialibus, & alii quacunq; personarum, nequaquam obstantibus. Ruris, quia contractus celebrati, nec non concessiones super regnis, Provinciis, Civitatibus, castris, villis, & alii bonis suprà expressis, viatio non purgato, verisimiliter ad vexationes redimendas facti vel factæ præsumerentur; ea propter ipsa sancta Synodus ex certa scientia omnes & singulas concessiones, donationes, venditiones, alienationes, pignorationes, divisiones, separations, dismemberations, distractions, extenuations, permutations, obligations, declarations, revocationes, infudationes, reinfudationes, pacta, provisions, promissiones, sententias, & alios contractus quoque, etiam si juramentis fuerint convallidatae & convallidui, etiam per viam aut modum cuiuscunq; contractus, etiam in illis contenta, sub qua cunque verborum conceptione apparent, post invasiones, occupationes, usurpationes, captiones vel detentiones regnorum, Provinciarum, Civitatum, & aliorum alicuius vel aliquorum bonorum hujusmodi, & ante corundem bonorum plenariam restitutio nem, de, in, pro, aut super eisdem alicui vel aliquibus ex regnis, & alii bonis hujusmodi, vel ipsorum aut eorum aliquibus iuribus jurisdictionibus, actionibus, & pertinentiis realibus & personalibus atque mixtis, spiritualibus & temporalibus quibuscumque, quibusvis dominis, dominiis, \* comitatibus, universitatibus, Capitulis, Collegiis Patriarchalibus, vel alii Ecclesiis quibusvis, sive eorum mensis, aut aliis personis quibuscumque Ecclesiasticis vel Laicalibus, etiam si Imperiali, Regali, Pontificali, vel alia Ecclesiastica & temporali præfulgeant dignitate, quavis occasione, à dicto tempore Gregorii inclusive citra quomodo cunque & qualitercunque factis & concessis, faciendis, concedendis per Romanos Pontifices, motu proprio, ex certa scientia, de plenitudine potestatis, cum \* omni defensione supplemento, ac de & cum consensu & consilio sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium, sive per modum aut viam contractum quorūcumque, vel alias aut quavis autoritate, etiam Apostolica, Imperiali, Regali, Legatorum, Nunciorum, aut Vicariorum Sedis Apostolicæ, sive ordinarie legata vel delegata, etiam si factum & concessum fuerit per illas personas, aut de & cum consensu illarum, ad quas in talibus de jure & de consuetudine facere, concedere & consentire pertinuerit, nullas & nullos, nulliusque juris, efficacie, firmitatis, roboris & momenti, atque viribus evanescatos & evacuatas fuisse & esse decretiv & declaravit. Et nihilominus ex abundanti cautela, ipsas & ipsos revocat, cassat, abolet, irritat & annular, ac viribus evanescat, ipsaque regna & Provincias, Civitates & alia bona cum iuribus & omnibus aliis supradictis, tenore presentium illis, quorum vel quarum (ut præfertur) erant & sunt, reddit, restituit, & redintegrat. Statuens quoque & præcipiens, decernens & declarans, ipsa omnia & singula reddenda,

refis-

restituenda & redintegranda, quibus (ut preferuntur) erant & sunt, vacua & expedita plenarie, realiter & cum effectu, omni cessante excusione, infra dictum quadrimestre, sub eisdem panis, bannis & censuris, & aliis quas incurrent ipso facto, & à quibus non possint absolviri, nisi in supra continetur; alius tamen juris remedium pro praedictis executionis demandandis in suo robore permanansuris. Et nihilominus licet Prelatis & aliis, quorum talia bona (ut preferuntur) erant & sunt, possessiones intrare &c. ut supra continetur.

Item dicta sancta Synodus eadem autoritate ex certa scientia decernit & declarat, omnes & singulas concessiones, donations, obligations, venditiones, extenuations, pignorations, divisiones, separations, dimembrations, distractio[n]es, permutations, obligations, declarations, revocationes, infusulations, reinfusulations, accensum, fructuum, seu responsum aliarum, quounque nomine seu vocabulo nuncupentur, extenuationem, extinctionem, pacta, promissiones, provisiores, sententias, & alios contractus quoque, etiam si iuramentis fuerint convalidati & convalidati, etiam per viam aut modum cuiuscunq[ue] contractus, & in illis contenta sub quoque verborum conceptione appareat, quibusvis Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, Episcopis, eorumque Ecclesias Cathedralibus, sive antiquis sive post dictum schisma ecclesiis, aut eorum mensis, Capitulisque, Collegiis, Comitatibus, seu universitatibus, & personis, etiam Imperialis, Regalis, reginalis, Pontificalis, Cardinalatia aut cuiusvis Ecclesiastica vel mundana fuerint dignitatis, praeeminentiae, status vel conditionis, de, in, pro, aut super regnis, Provinciis, comitatibus, domini, territoriis, Crociatibus, distracti[t]ibus, terris, villis, castris, fortalitiis, possessionibus, edificiis, granariis, & quibusvis aliis bonis, rebus ac pertinentiis suis iuribusque, Infradictionibus & actionibus realibus & personalibus atque mixtis, Cathedraliumque Ecclesiarum Diocesis, ac patronatum iuribus, & quibusvis aliis tam spiritualibus quam temporalibus, sine aliquo vel aliquibus praedictorum ad Romanam, Patriarchales, Metropolitanas, Cathedrales, Abbatiales, & quasvis alias Collegiatas & non Collegiatas, Regulares & Seculares Ecclesias, Monasteria, Prioratus, mensaque ipsarum Ecclesiarum, Capitula seu Conventus eorum, aliquos vel aliquas ex ipsis factas & factos, præter vel contra dispositionem juris scripti, a dicto tempore Urbani Papa Sexti inclusive circa, quonodcumque & qualitercumque, usque in presentem diem, sub quibusvis titulis, iuribus, actionibus, causis, modis, conditionibus, viis sive formis, & quavis occasione, etiam motu proprio, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, ac cum suppletione omnium defectuum, etiam de & cum consilio & consensi santi Romanae Ecclesie Cardinalium, sive per viam aut modum contractum quorumcunque, vel alias & autoritate quoque, etiam Apostolica, Imperiali, Regali, reginali, Legatorum, Nunciorum, aut Vicariorum Sedis

Apostolice, sive ordinaria, delegata vel subdelegata, vel quacunque alia, etiam si factum & concessum fuerit per illas personas, aut det cum consensu illarum, ad quas in talibus de jure & consuetudine facere concedere & consenire pertinuerit, fuisse & esse sub ipso jure nullos & nullas, ac nullius efficacie roboris & momenti, viribusque evanescatos & evanescatas: & perinde censeri & haberi, sub & cum modificationibus infra scriptis, ac si facti & facti non fuissent. Concessionesque, donationes & cetera hujusmodi, & alias quasvis, que cum detimento vel lesionem Ecclesiarum, Monasteriorum, mensarum, Capitularum, Conventuum, locorum seu personarum alicuius vel aliquarum hujusmodi facili a dicto tempore Urbani Papa Sexti cura, ex certa scientia & autoritate predicta hac edita constitutione, sub & cum supra & infra dictis modificationibus revocat, cassat, irritat, & annulat. Et nihilominus ad abundantiam cautelam, tollit & penitus viribus evanescat, dictaque regna, loca, territoria, districtus, jura, jurisdictiones, &c. ac bona hujusmodi ad jus & proprietatem Ecclesiarum, Monasteriorum, locorum, mensarum, Capitularum, Conventuum, & personarum hujusmodi, ad quae seu quas spectabant & nunc spectant & pertinent, sub & cum supra & infra scriptis modificationibus restituit, reddit & reincorporat penitus per praesentes; quorum omnium possessionem vacuanam, liberam, expeditam nihilominus illi qui talia bona tenuerint & tunc tenebant, debeant ac etiam teneantur infra dictum quadrimestre a die probationis vel citationis, monitionis seu requisitionis ut supra fienda, libere tota alter & cum effectu, vacua & expedita relaxasse & dimisisse Ecclesiis, mensis, Monasteriis, Hospitalibus, locis, & aliis personis hujusmodi, ad quas ante concessiones praedictas spectabant & pertinebant, & nunc spectant & pertinent, seu spectare & pertinere possunt; sub paenit, bannis, & censuris, & aliis, ut supra; quas incurrent ipso facto, & à quibus absolvi non possunt, nisi prius satisfecerint & restituerint, ut supra continetur. Et nihilominus licet Prelatis, Capitulis, Conventibus ac rectoribus Ecclesiarum, Monasteriorum & aiorum locorum hujusmodi, querum talia bona fuerint & nunc sunt, eorumque successoribus & Syndicis autoritate propria, alicuius consensu vel licentia minime requisitis, cautione tamen prius praestata, ut inferius denotatur, possessionem illorum intrare, capere & recipere liberi & impune, non obstantibus constitutionibus, privilegiis Sedis Apostolice, ejus autoritate concessis, facili, concedendis & faciendis; ac imprestatibus sub quoque verborum expressione & tenoribus concessis, & etiam si de ipsorum tenoribus expedire facere mentionem speciale de verbo ad verbum, in totum vel in partem, quorum & quarum omnium ipsa sancta Synodus hic pro expressis, leclis & insertis haberi vult & decernit, nec non prescriptionibus, consuetudinibus & aliis contractis & repugnatibus, aut quovis modo huic

constitutio*n*i de cetero nequaquam obstantibus qui-  
buscumque.

Predicta quoque, quæ de declarationibus ac re-  
vocationibus hujusmodi dicta sunt, non vendicent  
sibi locum in infederationibus, reinfectionibus,  
concessionibus & locationibus quibusvis perpetuis,  
solutis ante dictum tempus Domini Gregorii Papæ  
Vndecimi fieri & dari in feudum, revisendum vi-  
cariatum, aut emphyteusin, & Regnis, Provinciis,  
Civitatibus, terris, castris, villis, locis, territoriis,  
districtibus, & aliis bonis seu juribus hujusmodi, a-  
liquo vel aliquibus corundem, dummodo utile do-  
minium corundem per pacificam tenutam cor-  
poralis possessionis ante hujusmodi infederationem,  
reinfederationem, concessionem, non fuerit cum di-  
recto domino incorporatum & solidatum, ac etiam  
quod Canon & census antiquitus ante tempus Do-  
mini Gregorii Papæ Vndecimi pro illis praestari &  
dari soliti, consueti seu admissi, si qui praestabantur,  
debitè persolvent; nec etiam locum habeant in  
venditionibus honorum, quorum justa precia appar-  
ebunt & probabuntur, Conventuum & locorum  
hujusmodi, quorum (ut praefertur) erant dum-  
xat, versa esse in permutationibus factis, versis in  
evidentem utilitatem Ecclesiæ, Monasteriorum  
& aliorum hujusmodi: nec locum sibi vendicent in  
concessionibus per Romanos Pontifices pro dotatio-  
ne in totum vel in partem, ac pro alia quavis sub-  
ventione aliquarum Ecclesiæ, Cathedralium &  
aliarum indigentium quarumcumque Civitatum,  
factis de aliquibus Ecclesiæ inferioribus & bonis  
earum, dummodo hujusmodi Civitates ab antiquo  
& ante dictum schisma habuerint famam, titulum  
& nomen Civitatis, & dummodo etiam hujusmodi  
concessi non fuerint alicuius Ecclesiæ Cathedralis,  
sed ab Abbatalibus inferiorum Ecclesiæ: nec  
etiam sibi sortientur effectum in venditionibus &  
aliis alienationibus bonorum Hospitalium, Xenodo-  
chiorum, & aliorum piorum locorum quorumlibet,  
quæ Hospitalia, Xenodochia, & pia loca, ut sunt,  
ad Sancta Sanctorum, sancti Spiritus in Saxia ur-  
be, beatae Marie nova de Florentia, de scala, de  
seminis, ac de misericordia, de paradyso, & similia  
pro sustentatione pauperum & hospitalitate conser-  
vanda consueverunt ab antiquo bona eorum vende-  
re, aut taliter alienare, locare aut usumfructum  
concedere, secundum eorum statuta seu laudabiles  
& antiquas consuetudines pacifice habentes obser-  
vatas, privilegiis etiam antiquitus à Romanis Pon-  
tificibus quibusvis religiosorum ordinibus bonorum  
& rerum hujusmodi indulxit, ac etiam suis consue-  
tudinibus in talibus ab antiquo observatis, in suo  
robore permanens, nec etiam in vicariatibus, gu-  
bernatis & ministrionibus, seu locationibus  
aut feidis provinciarum, terrarum, castrorum, lo-  
corum, seu bonorum hujusmodi ad tempus novem  
annorum, vel abinde infra dumtaxat duraturis,  
predictis tamen modificationibus non se ad predi-  
cta invasa, occupata, usurpata, capta seu (ut praefertur)  
detenta, aliquiliter extendentibus. Ceterum, decrevit praefata sancta Synodus eadem auto-

ritate, quod, quicunque ex iustis & rationabilibus  
causis probaverit legitimate, se de aut super regnis,  
Provinciis, Civitatibus, terris, castris, locis, vel  
bonis hujusmodi, vel eorum aliquo, pro preciis per-  
solutis, vel ex causa depositi sive mutui, aut alias  
ex iustis causis recipere debere à Romana seu aliis  
Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, Hospitalibus  
vel locis ipsis seu eorum aliquo, aut ex Prælatis seu  
rectoribus corundem, occasione dumtaxat Ecclesiæ  
rum, Hospitalium seu locorum præfatorum, ad que  
ipsa bona pertinuerint vel pertinerent, aliquas flo-  
renorum seu pecuniarum summas aut res alias, ac  
illæ versas esse in utilitatem evidentem Ecclesiæ  
rum seu Monasteriorum aut locorum hujusmodi,  
quod facta coram loci ordinario deductione aut de-  
falcatione fructum aut proventuum perceptorum,  
arbitrio dicti ordinarii loci, sive rerum & bonorum  
de quibus ageretur, super quo ipsius Ordinarii con-  
scientiam oneraverit & onerat, non obstantibus qui-  
buscumque conventionibus seu pactis initis vel adje-  
ctis, etiam auctoritate Apostolica vel alia quomodo  
libet roboratis, ac juramento vallatis, maxime quo-  
ad probandum, precia, res vel pecunias, versa es-  
se in evidentem utilitatem, vel quorum talia bona  
fuerint, seu ut fructus in sorte computare quis  
minime teneretur, aut quod faceret fructus suos,  
seu aliis contrariis & alteri disponentibus quovis  
modo Ecclesia seu Monasterium, Hospital vel locus  
hujusmodi residuum quod declaratur ad restituendū  
illi qui solvisse, aut eius hereditibus, seu jus  
vel causam aut titulum suum habentibus, intra  
annum à die talis declarationis continuè compu-  
tandum, vel ad hujusmodi bona obligata usque ad  
satisfactionem, ut infra declaratur, ipsis creditori-  
bus restituendum pro dicto residuo declarato, eo  
ipso Prælatis, Capitulum, Conventus ac Re-  
ctores talis Ecclesiæ, Monasterii, Hospitalis vel  
loci, cuius vel quorum (ut praefertur) ipsa bona  
erant, sub pena excommunicationis sint adstricti.  
Et nihilominus pro securitate creditorum super sa-  
tisfactione hujusmodi, nullus ex Prælatis & aliis  
supradictis possit aut debeat per se aut per alium,  
possessionem talium bonorum intrare, capere vel re-  
tinere, nisi idonea cautione prius per ipsos praestata  
coram loci Ordinario, ipsis vel ipsis creditorum  
& hujusmodi Ordinario recusante, coram loci Or-  
dinario debitoris de eo quod ab Ecclesiis, Monas-  
teriis, Hospitalibus, vel locis aliis seu personis supradictis  
ratione declarationis hujusmodi tenebrentur  
habere credidores ipsi intra dictum annum persol-  
vendo, bona quoque talibus vendita, vigorata seu  
alteri obligata, alienata, vel ut supra concessa illis  
usque ad satisfactionem specialiter obligata rema-  
neant & existant. Si autem intra dictum annum sa-  
tisfactionis quantitas declaratae facta non fuerit, ut  
præmititur, præviis tribus protestationibus, di-  
versis diebus per credidores seu eorum Procuratores  
factis, praefatis Capitulis, Conventibus, aut rectori-  
bus hujusmodi super dicta satisfactione saltem in-  
tra mensē à die prime protestationis facienda.  
tum lapsō dicto mense liceat hujusmodi credito-  
ribus,

ribus, aut hæreditibus, Ius vel causam seu titulum  
habentibus ab illis, per se vel Procuratores suos au-  
toritate propria possessionem bonorum hujusmodi in-  
trare, capere, ac illa tenere & possidere, fructusque  
& emolumenta ex illis percipere. Deducendo tamen  
de sorte ipsius debiti, quoique eisdem fuerit de  
quantitate hujusmodi debiti, ut praesertim, decla-  
ratâ integraliter satisfactum; ita tamen proviso  
circa præmissa & quolibet prædictorum, quod pro  
debito Romane vel alterius Cathedralis, vel infe-  
rioris Ecclesiæ, hospitalis aut pii loci, Prelatus, Re-  
ctor, sive alia persona hujusmodi, nisi solutum pro  
sua Ecclesiæ, hospitali, & pro loco in cuius eviden-  
tem utilitatem dumtaxat probabiliter, ut præfer-  
tur, precium & valorem versus est, fidejubere,  
vel alias cautionem de debitis declaratis, vel alias  
minime præstare teneatur: nec hujusmodi bona pro  
aliis bonis quoquo modo remaneant obligata, nec et-  
iam de ipsis restitutio & redintegratio, ut supra est  
declaratum, quomodo vis valeat nec debeat re-  
tardari. Ceterum, quia lex salubris, præteritis in-  
tendit & futuris casibus providere, decernit ipsa  
sancta Synodus eadem autoritate, quod de cetero  
præmissis & infra scriptis nulla feudatio, locatio,  
donatio, venditio, permutatio, pignoratio, obliga-  
tio, sive quevis alienatio aut declaratio, de aut su-  
per regnis, Provinciis, Civitatibus, terris, castris,  
locis, Juribus, ac jurisdictionibus, seu bonis prædi-  
ctis, aut aliquo eorumdem autoritatibus hujusmodi,  
seu earum aliqua, vel alias sine expressa delibera-  
tione Concilii generalis, vel saltem Provincialis,  
cum evidenti tamen utilitate Ecclesiæ & piii loci  
hujusmodi fieri possit vel debeat quovis colore qua-  
si, seu jam facta confirmari, extendi vel prorogari,  
aut de novo concedi quovis modo. Salvo, quod loca-  
tiones usque ad prædictum tempus novem anno-  
rum, vel abinde infra, & non ultra, tam Apostolica  
quam ordinaria autoritate valeant celebrari,  
cum dicta prestatione tamen censu soliti sive ratio-  
nabilis: Ita tamen, quod siant cum evidenti utili-  
tate hujusmodi tam per Romanum Pontificem,  
quam per Prelatos & Rectores secundum juris scrip-  
ti formam, etiam in seudariis, emphyteoticæ  
que concessiones, occupationes, & revocationes de  
bonis feudalibus ac emphyteoticis ante dictum tem-  
pus Gregorii Vndeclimi in seudariis solitis, ad Eccle-  
sias, Monasteria, Hospitalia, vel pia loca hujusmodi,  
quomodo liber devolutis & devolvendis in pos-  
teriorum, cum modificationibus infra scriptis, pro censu  
& Canone solitis, aut ad alios ante prædictum tem-  
pus Gregorii XI, & non de aliis, aut aliter ullo modo  
possim etiam fieri concessiones vicariatum, gubernati-  
onum & administrationum regnum, Provin-  
ciarum, Civitatibus, terrarum, castrorum, locorum  
præfatae Ecclesiæ Romane, que ante hujusmodi  
tempus concedi in vicariatum seu administrationem  
per Romanam Ecclesiam consueverunt per Romanos  
Pontifices ad tempora novem annorum, & abinde  
infra, & non ultra, cum responsionibus, Canonibus  
& censibus consuetis, melioratis seu adasseltis  
ante tempus prædictum: hoc addito, declarato, ac  
reservato, quod Vicariis non solventibus eidem Ro-  
manæ Ecclesiæ censum ac Canonem debitum in ter-  
minus appositum, vel saltem intra mensem post la-  
psum terminum, eo ipso absque aliqua declaracione  
ad censem & Canonem duplicitos persolvendos  
præfatae Romane Ecclesiæ teneantur ac districti  
sint. Et, si primum & duplicitum censem seu Ca-  
nonem prædictos intra ultum mensem sequentem  
non solverint, ipso facto sententias, Bannas, & pa-  
nas hujusmodi incurrit. Si autem intra semestre  
à lapsu primi termini præfati solutionem hujusmo-  
di non fecerint de censu & Canone, ut præsertur,  
ipso jure cadam ab omni possessione vicariatus, gu-  
bernationis & administrationis hujusmodi, & con-  
cessa ad liberam ordinationem Romani Pontificis  
& Romane Ecclesiæ præfatae devolvantur, & de-  
voluta ipso facto intelligantur esse, & sint, cum om-  
ni rerum integritate & causa. Et illud idem intelli-  
gatur servari, & stat in & de Vicariis, gubernatio-  
nibus & administrationibus Provinciarum, Civi-  
tatum, terrarum, castrorum & locorum aliorum  
quorumvis, Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospi-  
tialium, & locorum aliorum prædictorum, & cu-  
juslibet eorumdem. Præmissa quoque extendantur  
ad solutionem feudorum, bonorum emphyteutico-  
rum, & aliorum locatorum responsiones quevis ti-  
tulo, tam ad Romanam quam ad alias Ecclesiæ,  
Monasteria & loca alia supra scripta, communiter  
vel divisim, prout de censibus & Canonibus vica-  
riatum prædictorum superius continetur. Districti  
nisi nilominus inlibens, ne qua prorogatio seu  
nova concessio vicariatum gubernationum seu ad-  
ministrationum hujusmodi de regnis, Provinciis,  
Civitatibus, terris, castris, & locis dictæ Romane  
Ecclesiæ, fieri possit aut debeat, nisi de consilio &  
assensu Romanorum Pontificum & dominorum  
Collegii sanctæ Romane Ecclesiæ Cardinalium,  
eorum scrutatis votis, vel saltem per duas partes di-  
cti Collegii in concordia, & non nisi pro evidenti  
causa, statu & honore Ecclesiæ præfatae: Ita tamen,  
quod debeat ipsi Cardinales in literis Apostolicis,  
vel contractibus desuper factis, una cum Romano  
Pontifice propriis manibus se subscribere, ad instar  
antiquorum privilegiorum Apostolicorum in perpe-  
tuum. Et, si aliter, secus, seu alio modo in præmis-  
sis & infra scriptis omnibus, & contentis in præ-  
semi Capitulo, vel circa ea facta, seu declarata et-  
iam motu proprio, & de Cardinalium consilio seu  
consensu, seu alias & Apostolica vel quavis alia  
autoritate, non teneant ipso jure, & nullum Ius  
contrahentibus vel recipientibus aliter acquiratur.  
Et nihilominus Vicarii ipsi gubernatores, & admi-  
nistratores, & alii recipentes, quovis nomine nun-  
cuptentur, vel titulo vel modo, etiam si sponte conce-  
derentur, vel alias contrarium facientes, ipsos pro-  
cessus, Banna sententias, & penas ipso facto se no-  
verint incurisse; Concessionibus, constitutionibus,  
privilegiis Apostolicis ac aliis quatuorunque per-  
sonarum, nec non consuetudinibus & aliis quibusvis  
in contrarium facientibus, nequaquam obstanti-  
bus. Hoc sane intellecto, quod modifications ipsa-

suprascriptæ, & ipsarum aliqua aliis, qui tenent & tenuerunt regna, Provincias, civitates, terras, castra, sive alia bona, ut in alio infra scripto capitulo continetur, scilicet invasa, occupata, captas seu (ut

præfertur) detenta, non valeant in aliquo suffragari, quinimmo ad plenarie restituendum, reddendum, & ad alia faciendum, (ut in eodem capitulo continetur) pretinus sint adstricti.

# RECEPTIO ET COMPROBATIO S T A T V T O R V M P R O V I N C I A L I V M N I C O L A I C V S A N I C A R D I N A L I S.

**N**ICOLAVS, Dei gratia sanctæ Colonensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, Westphaliae & Angariae Dux, Apostolicæ Sedis Legatus, &c. Reverendo in Christo Patri, Domino Ioanni Episcopo Leodiensi, salutem in Domino.

Quia Reverendissimus in Christo Pater ac Dominus, D. NICOLAVS, titul. S. Petri ad Vincula Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, ac per Alemaniam Apostolicæ Sedis Legatus, in Provinciali Concilio Colonensi per suam Paternitatem Reverendissimam ac Nos indicato ac convocato, pro Reformatione Ecclesiastici status, nonnullas Ordinationes & statuta condiderit, statuerit & ordinaverit, quarum & quorum omnium tenores de verbo ad verbum sequuntur, & sunt tales;

## S T A T V T A

In Concilio Provinciali Colonensi

PER DOMINVM

N I C O L A V M

D E C V S A

C A R D I N A L E M,

Et Legatum de latere per Alemaniam,

comprobante Archiepiscopo  
Coloniensi

T H E O D E R I C O.

**N**ICOLAVS, miseratione Divina titul. S. Petri ad Vincula sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, per Alemaniam & nonnulla alia Re-

gna ac Provincias, Apostolicæ Sedis Legatus, ad perpetuam rei memoriam.

Adspirante Divinæ Pietatis influxu, & vi-  
gore Apostolici spiritus qui ( teste Hieronymo ) Petri Cathedram non deserit, se nunc ad pascendum Dominicanum gregem diligenter convertente, actum est, quod sanctissimus Do-  
minus noster, Dominus Nicolaus Papa V, oculos ad hanc magnam Provinciam Coloniensem attollens, Nos, licet omnium sacri Collegii Cardinalium minimum, transmiserit, ut videamus, qualiter Vos, Fratres & Filii dilecti, in via Domini proficiatis. Hinc Deo gratias agamus, qui Nos ad divina mysteria iocunditatem collegit, ut mutuis consilii cuncta in melius dirigantur. Et, quoniam nunc adeftis, vos Reverendissime Domine Theoderice Archiepiscopo Colonensis, cum venerabili Capitulo, ac vestrorum Comprovincialium vices agentibus, venerabilibusque Abbatis, Propositis, Decanis, Canonicis, aliisque Religiōs & Devotis, doctisque Sacerdotibus & Magistris, numero copioso; tempus adeste credimus, ut nunc Deliberationum communium, per plures dies digeste factarum, fructuosa definitio subsequatur. Quæ ut clarior fiat, præmittendum arbitramur, Nos non velle, per ea quæ statuimus, Apostolicis aut Legatorum ejus, aut nostris antea factis Ordinationibus in aliquo detrahere, neque etiam Comprovincialium aut Synodalium Dicecsum statutis, laudabilibusque consuetudinibus quibuscumque ( quæ per Nostra, statim promulganda, Decreta non corriguntur aut limitantur ) derogare, nec etiam au-  
toritati Apostolicæ Sedis aut ejus Legati, nec Metropolitani aut suorum Coepiscoporum Comprovincialium, nec Iuribus, Li-  
bertatibus, Privilegiis ac exemptionibus, præ-  
judicium fieri quovis modo: sed potius Ius  
uniuersijslibet, quale habere dignoscitur,  
salvum esse volumus. Ad aliqualem autem  
Eccle-

Ecclesiastici status Reformationem, quo usque Deus majori obseruantiae commodius tempus concederit, Nos Nicolaus Cardinalis, Legatus &c. supradictus, huic sacro Provinciali Concilio, auctoritate sanctissimi Domini Nostrri Nicolai Papae V, praesidentes, de expresso Reverendissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Domini Theoderici Archiepiscopi praescripti, Nobis confidentis, ac sui venerabilis Capituli omniumque Comprovincialium consensu, universaque Synodo concorditer approbante, statuimus & ordinamus ut sequitur;

*Tertio  
queque  
anno Con-  
cilium  
Provin-  
ciiale cele-  
brandum.*

**I**Mprimis, quod de cetero, de triennio in triennium, servetur Concilium Provinciale in sancta Civitate Colonensi, statim post Octavas Dominicæ Resurrectionis, in forma & sub poenis Iuris communis, cum Litanis & solemnitatibus nunc adhibitis, seu alias congruentibus; videlicet, quod dicatur Misa, legantur Litaniae, & fiat sermo exhortationis.

*Concilia  
Episcopali-*

Item, quod singulis annis, in Diocesisibus Suffraganeorum comprovincialium, serventur Concilia Episcopalia seu Synodalia per ipsos Suffraganeos, seu illos ad quos de antiqua consuetudine spectat; in quibus corrigenda corriganter juxta Canonum & Statutorum continentiam.

*Liber S.  
Thome de  
Articulis  
fidei &  
Sacra-  
mentis.*

Insuper, laudamus, & legi mandamus in Synodis Diocesanorum, libellum sancti Thomae de Aquino, de Articulis Fidei & Sacramentis Ecclesie: quodque præcipiat Curatis, ut Partem, quæ est de Sacramentis, habeant & studeant diligenter.

*Statuta  
Engilber-*

Item, volumus & mandamus, quod Statuta Provincialia bonæ memorie Engilberti seu Henrici Archiepiscoporum Colonensium, cum additionibus aliorum subsequentium, tam Romanorum quam comprovincialium Pontificum, circa tuitionem Ecclesiasticæ libertatis, & non aliæ, innoventur, publicentur crebrius, & districte serventur.

Item, quod Iudei intra decem menses & ab eo tempore in antea per totam Provinciam Colonensem deferant signum, videlicet circulum de filis croceis in veste extrinseca ante pectoralia; & hoc, quo ad masculos: quodque feminæ deferant duas rigas blauii coloris in peplis earundem, ad instar Iudeorum in urbe Romana: & quod nihilominus servetur Decretalis, Post miserabilem, extra de Vtiris; ad quæ omnino compellantur, tam per Ecclesiasticam quam secularem potestatem.

*Visitatio  
imponitur  
Theoderico.*

Item, circa ingressum ad Beneficia & Ordines, ac permutationem Beneficiorum, atque residencias Curatorum, statuimus, iura & statuta Provincialia & Episcopalia observari, ac in proxima Visitatione, quam fieri mandamus, corrigenda, absque dissimulacione corrigi & emendari.

Insuper, ad Reformationem moris Ecclesiastici status, ordinamus & statuimus, quod Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & alii, in minoribus Ordinibus constituti, de cetero tonsuram deferant Clericalem atque crines longos, & tamen sic detonos quod auribus patentibus incedant; ita quod status & gradus cuiuslibet eorundem discerni commode possint & valeant; &, quod vestes deferant competenter longas, decentes & honestas, in lateribus clausas, juxta morem & consuetudinem Diocesium seu locorum.

Item, ut singuli Diocesani provideant in suis Diocesisibus, ne de cetero Dominicis & Festis diebus, ad honorem Dei indictis, mercatus rerum vendibilium, quæ ad usum quotidiani vietus necessaria non existunt, quomodolibet fiat, nisi in casibus permisso à jure, & præsertim juxta determinationem sancti Thomæ de Aquino supradicti.

Item, abusum Quæstuariorum, qui quotidie excrevit, reprimendo, mandamus & præcipimus, ne de cetero admittantur, nisi juxta formam juris communis & tenorem statutorum Synodalium Diocesium prædictarum.

Item, prohibemus, ne de cetero autoritate quacunque erigantur, admittantur, vel confirmant aliquæ novæ Congregationes virorum aut mulierum, etiam in communi vita vivere adspirantium, nisi aliquam Regulam, per Secdem Apostolicam approbatam, expresse profiteantur seu acceptent. Mandamus præterea, talibus Congregationibus, jam forsan existentibus, nisi sic qualificatis, omnem favorem subtrahi, nec eisdem aliquo privilegio vel induito de cetero communiri debere; offerentes nihilominus Congregationibus qualificatis suprà tactis favorem & auxilium.

Item statuimus, ne de cetero quacunque autoritate admittantur aliquæ novæ Fraternitates, ex quibus verisimiliter detrahi possit Religioni & juribus Ecclesiarum; quodque nullæ indulgentiae talibus concedantur.

Item statuimus, quod, quicunque Clericus Beneficiatus, vel in sacris Ordinibus constitutus, qui post hujusmodi Constitutionis notitiam (quam habere præsumatur post duos menses a tempore publicationis, quæ inferius fieri mandatur,) fuerit publicus Concubinarius, in crimine hujusmodi perseverando, a perceptione fructuum Beneficiorum suorum, trium mensium spatio, fit ipso facto suspensus: quos Superior, ad quem id alias immediate spectat, ad Fabricam vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertat: quodque, si Superior, ad quem id spectat, viderit, Concubinarii illum metu prædictæ suspensionis fructuum non retrahiri, tunc, antequam ad ulteriores Iuris poenas, eidem infligendas, procedatur, eundem tamen publicum Concubinarii Canonice

nonice moneat & aviset, quod, nisi intra terminum tunc sibi præfigendum cestet, ad dictas pœnas se processurum. Et nihilominus hi publici Concubinarii, post hujusmodi suspensionem ac monitionem & processum, usquequo cum ipsis per suos Superiores post ipsarum Concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem, fuerit dispensatum, ad fulceptionem novi tituli quorumcunque Beneficiorum aut Officiorum, honoris seu dignitatis Ecclesiasticorum, sint inhabiles. Quod si post dispensationem reciduo vomitu ad hujusmodi Concubinatum redierint, sine spe alicuius Dispensationis, ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quod si hi, ad quos talium correctio pertinet, ipsos (ut prædictum est) punire neglexerint, eorum Superiores tam in ipsis de neglectu, quam in illos pro Concubinatu, modis omnibus digna punitione animadvertant. Publici autem intelligendi sunt non solum hi, quorum Concubinatus per sententiam, aut confessionem in jure factam, seu per rei evidentiam, quæ nulla posset tergiversatione celari, notorius est; sed, qui mulierem, de incontinentia suspectam & infamam tam, tener, ac per Superiorum suum admonitus, ipsam cum effectu non dimittit. Clerici vero in Sacris non Beneficiati, ubi Beneficiati caderent in suspensionem fructuum, cadent similiter in suspensionem ab ingressu Ecclesiæ: & contra eos procedatur ad graviores pœnas, etiam mulctas.

Item statuimus, quod nullus Officialis seu Iudex, in aliquo loco Interdictum Ecclesiasticum ponat simpliciter vel ad tempus pro pecuniario debito juxta Constitutionem Bonificii Papæ Octavi, quæ incipit, Provide &c. nisi pro debito Ecclesiæ, vel Beneficio Ecclesiastico, similiter nisi in Rescripto Apostolico aliud expresse contineatur. In quo liquidem Interdicto Ecclesiastico, & cestu à Divinis, volumus, Ius commune atque Statuta tam Provincialia quam Synodalia servari. Nolumus tamen per hoc secludere, quin, si Iudices seculares aut domini temporales in subsidium fuerint requisiti, ad compellendum excommunicatos redire ad gremium sanctæ Matris Ecclesiæ, & propter eorum inobedientiam fuerint excommunicati, & in ea Excommunicationis sententia per annum rebelliter insoulderint, tum adversus ipsos Iudices seu dominos tales procedi possit ad Interdictum Ecclesiasticum & cessationem à Divinis.

Item pro Reformatione Monasteriorum & Religiosarum personarum, statuimus atque districtus præcipimus, quod desuper Ordinarii diligenter invigilent, ipsosque Religiosos utriusque sexus, juxta tenorem Iuris communis & statutorum Synodarium suorum, ad observantiam vitæ regularis constringant.

*Publici  
Concubinarii.*

Item, attendentes, Apostolicam Sedem fratribus mendicantibus privilegia in ædificationem Ecclesiæ concessisse, & ob hoc in Clem. Dudum &c. fratres præsentandos Episcopo, & per eum ad audienciam confessionis admittendos, vult esse idoneos & probata vita: & quia Episcopi, ad quos voto solemnè spectat, curam gregis eorum habere, admonitos esse convenient, ne admittant alios, quam ut Clementina illa habet, qualificatos; ita quod eis constet per facti evidentiam, aut testimonio bonorum hominum, eos dignos esse, quibus sibi creditas animas absolvendi claves committant: Hinc ad finem, ut Fratres ipsi Religionis suæ observantiam citius adaugeant seu acceptent, intentionis Nostræ existit, quod quicunque Episcopus Suffraganeus Fratribus Ordinis mendicantium cum omni charitate Regularem observantiam persuadeat, offerendo ad hoc omnem gratiam & benevolentiam, cum combinatione, nisi intra competens tempus, eis per quemlibet Episcopum præfigendum, per facti evidentiam, regularem vitam secundum professionem ipsorum servare incepint & continuaverint, quod tunc post lapsum terminum eos tales inidoneos minus probata vitæ, ad audienciam confessionum, prædicaciones & petitiones, ac alios actus legitimos, non admittat. Episcopi etiam non patientur, Fratres in Terminis longiores moras trahere: sed operam dent, ut, petitione peracta, ad suos Conventus redeant, nisi, eos in audiendis confessionibus, & prædicatione Verbi Dei, diutius morari in aliquo loco debere, judicaverit.

Item statuimus & ordinamus, quod Visitations fiant, prout de Iure præcipitur; &, si Ordinarii, in Visitacionibus suarum Diocesiū vel alias, reperiant concursum populi ad alias Imagines, cognoverintque informatione summaria recepta, populum amplius ad dispositionem figuræ talis Imaginis, quam salva fide expediat, inclinari, quod tunc Imaginem tollant, & alias omnino provideant, ne Idolatriam committant. Similiter, si Hostia transformetur in cruentam carnem, seu in Sanguinem apparentem, occultetur penitus & omnino juxta traditionem Iuris, nec populo quomodolibet publicetur seu ostendatur, ne seducatur; & quæstarius accusatus populo prohibeatur.

Item ad majorem honorem sanctissimi Sacramenti, statuimus, quod deinceps ipsum sanctissimum Sacramentum nullatenus visitabiliter in quibuscumque Monstrantiis ponatur aut deferatur, nisi in sanctissimo Festo Corporis Christi cum suis Octavis, & extra hujusmodi Festa cum suis Octavis semel in anno, in qualibet Civitate aut oppido seu Parochia, vel ex singulare induito Ordinarii, aut alias pro pace vel alia necessitate

im-

imminente, ex indispositione, Rempublicam prægravante; & tunc cum summa reverentia atque devotione: in præmissis tamen, laudabilibus consuetudinibus hujus Metropoliticæ, & Cathedralium Ecclesiarum Saffraganeorum ejusdem, semper salvis.

Item, cum natura quotidie novas deproportionat edere formas, & omnia subjacent mutationi; reservamus Provinciali Synodo proximæ & sequenti, liberam & absolutam potestatem, superius statuta, ordinata, & per Nos præcepta, emendandi, corrugandi, reformandi & commutandi, prout juxta malitiam atque qualitatem temporis & subditorum Provinciæ Colonensis, videbitur expedire.

Cæterum, exprefse permittimus Metropolitano & Ordinariis Provinciæ & Diœcesis prædictarum, ac unicuique Ordinario, beneficium absolutionis à pœnis & censuris quibuscumque, tam in præmissis hujus sanctæ Synodi, quam aliis Provincialibus & Synodali bus statutis, contentis & comprehensis, exceptis Apostolicæ Sedi de jure reservatis.

Item, volumus & mandamus, quod per Ordinarios locorum intra menses omnia suprascripta, per Diœceses singulorum publicentur. Statuimusque insuper & declaramus, quod omnia prædicta Capitula cum suis pœnis, ligent à tempore publicationis Comprovincialium, intra duos menses immediate sequentes, atque per eos ad quos spectat, post publicationem in delinquentes executioni demandari.

Item, in robur omnium, decernimus super his opportunas literas, quas tam Nostro quam Reverendissimi Domini Archiepiscopi figillo volumus communiri.

Aliarum vero literarum, de quibus supra fit mentio, tenores, de verbo ad verbum sequuntur; & sunt tales; videlicet:

*Vt Monasticæ personæ, tam exemptæ quam non exemptæ, Regularem vitam, juxta Regulam Ordinis quem professæ sunt, vivant: alioquin sint inhabiles & ineligibles, &c.*

**N**ICOLAVS, miseratione Divina tituli S. Petri ad Vincula Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, per Alemaniam & nonnulla alia regna & Provincias Apostolicæ Sedis Legatus, Reverendissimo ac Reverendis in Christo Patribus Dominis, Theoderico Archiepiscopo Coloniensi, ac universis Episcopis per Provinciam Colonensem constitutus, Salutem in Domino sempiternam. Quoniam Sanctissimus Dominus noster, Dominus Nicolaus, Divina Providentia Papa Quintus, curam habens, ut Universalis Ecclesia, sibi commissa, in suis membris, per orbem diffusis, salubriter gubernetur, Nos ad hanc Colonensem, quemadmodum & ad nonnullas alias Alemanicæ Nationis Provincias, pro communi animarum salute procuranda, transmisit, plurimas ad id opportunas Nobis tribuens facultates: Nos, considerantes, ad honorem Dei, animarum ipsarum salutem, ac populi Christiani gratam consolationem tendere, si omni studio & diligentia procuraverimus, quod personæ Religiosæ, quamcunque Regulam, per Sedem Apostolicam approbatam, tacite vel expresse professæ, secundum Regulam hujusmodi Religionis suæ vivant, & Deo Altissimo reddant vota sua: considerantes etiam, quomodo ob hanc causam eisdem Religiosis personis, ut, in obseruantia Regulari, omnipotenti Deo eò liberius & quietius servire possint & debeant, ab Apostolica Sede plurima Privilegia & indulta multa concessa, pluresque Parochiales Ecclesiæ cum earum fructibus, redditibus & proventibus, illis unitæ & incorporatae existunt: quarum quidem Religiosarum personarum nonnullæ, tantis ingratae beneficiis, salutem suam miserabiliter negligentes, dictarum Religionum suarum Regulas & statuta observare non curant; quinimo temerarie contradicunt, in grave animarum suarum periculum, & scandalum Religionum: quapropter, nisi mores illi pravos & dissolutam vitam abjeccerint, ac ad cor redierint, opera priorum Patrum, in quorum locum successerant, devote adimplendo, Privilegia ac indulta atque Ecclesiæ prædictas iuste merentur amittere, quorum, si in pertinacia seu incorrigibiles perseverare prælumpferint, nequaquam poterunt esse digni. Hinc est, quod Nos, autoritate Apostolica, qua in hac parte fungimur, omnibus & singulis personis Religiosis Monasteriorum quorumcunque, tam virorum quam mulierum, per Civitatem, Diœcesin & Provinciam Colonensem ubilibet constitutis, exemptis & non exemptis, sub poena amisionis & revocationis omnium & singulorum privilegiorum, indultorum & unionum prædictorum, eis & eorum Monasteriis quacunque etiam Apostolica autoritate concessorum & factorum, districte præcipiendo mandamus, quatenus intra unum annum à die Datae præsentium computandum, Regularem vitam juxta Regulas & Statuta Ordinis, quem (ut præmittitur) professæ sunt, effectualiter observare incipient, & sic inceptam, fideliter continuare studeant, ut tenentur. Eadem quoque autoritate ordinamus, decernimus & declaramus, omnes & singulas personas Religiosas prædictas, per Civitatem, Diœcesin & Provinciam Colonensem ubilibet constitutas, quæ intra dictum annum Regularis vita observantiam animo continuandi effectualiter non inceperint, post lapsum ejusdem anni, in

antea

antea ad quamcunque dignitatem fore inhabiles ac ineligibiles ; quodque post lapsum duorum annorum , à Data præsentium numerandorum , nulla talium personarum Religiosarum , nisi prius faltem per annum integrum , immediate precedentem , Regularem tenuerit observantiam , ad quamcunque dignitatem eligibilis existat . Mandantes insuper Vobis , Reverendissimo ac Reverendis Patribus Dominis , Archiepiscopo & Episcopis præfatis , ac omnibus aliis & singulis , ad quos de Iure , consuetudine vel privilegio , Electionum & personarum ac Monasteriorum prælatorum confirmatio pertinet , ne , contra ordinationem , decretum ac declarationem Nostras hujusmodi veniendo , ullam electionem de persona (ut præfertur) inhabili , pro tempore factam , quovis modo confirmaretis , seu confirmare attentatis , sive presumant . Quod si fecus feceritis aut fecerint , Confirmationes easdem simili autoritate Apostolica ex nunc prout ex tunc , & ex tunc prout ex nunc , decernimus irritas & inanes , nulliusque exilere roboris vel momenti . Et , si forsan intra ipsum primum annum , à Data præsentium computandum , casus vacationis aliquius Dignitatis occurrit , ad quam persona eligeretur quæ in Observantia Regulari sui Ordinis antea non sterisset per annum , aut vitam Regularem hujusmodi nondum incipisset servare , circa illam confirmator agere poterit , prout de Iuris communis dispositione fuerit faciendum .

Vt igitur hæc Nostra sancta Ordinatio & charitativa Admonitio , ad omnium , quorum interest , intererit , vel in futurum interesse poterit , publicam deducatur notitiam ; Vobis , Reverendissimo Patri , Domino Archiepiscopo , ac etiam Episcopis præfatis , firmiter præcipimus & mandamus , quatenus has Nostras literas , & in eis contenta , per vestras Provinciam & Diœceses , & ubicunque opus esse judicaveritis , intra unius mensis spatium à tempore receptionis præsentium , insinuare ac publicare curetis , & ea , quantum ad Vos spectat , observetis , ac ab aliis omnibus , quorum interest , faciatis inviolabiliter observari . Datum Coloniae , sub Nostro sigillo , die tertia mensis Martii , anno à Nativitate Domini Millesimo quadrageentesimo quinquagesimo secundo ; Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri , D . Nicolai Divina Providentia Papæ quinti , anno quinto .

*Autoritate Apostolica præcipitur , ut per Provinciam Colonensem , Dominicis diebus , ad finem Collectarum Missæ , oretur nominatim pro Papa & Antistite loci .*

**N**ICOLAVS miseratione Divina titulo S. Petri ad Vincula Sacrosancta Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis , per Alemaniam & nonnulla alia Regna ac Provincias Apostolicæ Sedis Legatus , universis & singulis , ad quorum noticiam præsentes Nostræ Literæ pervenerint , Salutem in Domino sempiternam . Quoniam dignum esse digneatur , ut , qui in sanctorum Patrum vestigiis , quoad fidem , ambulamus , corundem etiam , quantum ex Alto conceditur , facias observantias imitemur ; Apostolus autem <sup>I Tim. 2.</sup> Paulus , sciens , subditorum salutem in Deo accepto Præsule plurimum conservari , præcepit , pro Reectoribus & sublimibus indefinenter preces effundi ; sicut etiam legimus in Apostolorum Actibus , Ecclesiam sine intermissione pro beatissimo Apostolorum Principe Petro orasse : unde extat constitutum , Romani Pontificis nomen inter sacra debere recitari :

hoc enim sancti Patres , universalis Ecclesiæ unitati perutile arbitrati sunt : verum , sicut Romanus Pontifex universalis Ecclesia Catholica curam habet , ita in sollicitudinis partem singuli Episcopi vocati noscuntur : quare etiam convenit , in singulorum Diœcesibus pro Pontificibus singulis orationes effundi : Hoc quidem pro unitatis Ecclesia universalis & Diœcesis cuiuscunq[ue] conservatione judicamus convenire . Idcirco , sacro Colonensis Provinciali Concilio , cui autoritate sanctissimi Domini nostri , Domini Nicolai Divina Providentia Papæ quinti , præsidemus , concorditer approbante , ordinamus , quod ex nunc in antea Sacerdos quilibet dictæ Provinciæ , singulis diebus Dominicis , dum celebraverit , ad finem Collectarum , tam in principio quam in ultimo Missæ , adjicere debeat Orationem , quæ sequitur : & Famulos tuos N. Papam , & N. Antistitem nostrum , una cum universalia Ecclesia Catholica , ab omni adversitate custodi . Per Dominum , &c . &c , ut in Colonensi Diœcesi sanctissimus Dominus noster , Dominus Nicolaus Papa quintus , ac Theodericus nunc Antistes , sic & ipsorum Successores , in præscripta Oratione nominandi sunt . Ut autem omnis Sacerdos , Ordinationem Nostram hujusmodi observans , spiritualis thelauri se gaudeat munere refectum ; cui liber Sacerdoti , pro qualibet die Dominicæ , qua dictam Orationem Collectis ipsis adjunxerit , ut præfertur , Quinquaginta Dies de injunctis sibi Pœnitentiis , autoritate Legationis nostræ qua fungimur , mifse-

misericorditer in Domino relaxamus. Volumus etiam & præcipimus, ordinationem & concessionem Nostras hujusmodi per totam Colonensem Diœcœsim, tam Regularibus quam Secularibus, exemptis & non exemptis Presbyteris, per Officialem Diœcœsis ejusdem diligenter publicari. Datum Coloniæ, sub Nostro sigillo, die tertia mensis Martii, Anno à Nativitate Domini millesimo quadragesimo secundo, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Nicolai, Divina providentia Pape quinti, anno quinto.

*Statuta Conradi & Sifridi Archiepiscoporum, de Regulari Observantia, autoritate Apostolica confirmantur, declarantur, & ad Exemptos quorumcumque Ordinum extenduntur.*

**N**ICOLAVS, miseratione Divina titul. S. Petri ad Vincula Sacrosanctæ Romanæ Ecclesia Presbyter Cardinalis, per Alemaniam & nonnulla alia Regna & Provincias Apostolicas Sedis Legatus. Quoniam Religioses multum à viis Prædecessorum hoc tempore adeo declinaverunt, quod in plerisque Monasteriis non solum Monastica vita, sed & Regularum scientia periisse dinoscitur: quæ cum in statutis Provincialibus Conradi, & Synodalibus Sifridi, summarie annotentur, & præcipiantur sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna observari, sitque per Nos Synodo approbante statutum, Religiosas personas reformari debere per Ordinarios secundum Iuris & statutorum Synodaliū formas: Hinc, ut in Religiosorum notitiam Ordinatio Conciliorum præfatorum Archipræsulum deducatur, Statuta illa de Religiosis, Apostolica autoritate innovamus: quorum tenor ex Synodalibus Decretis Sifridi cap. vii sequitur & est talis:

Statuimus, ut nullus Monachus aut Monialis Claustrum suum exeat, per Civitates, villas vel oppida discurrent, aut in villa, Monasterio adjacente, comedendo; nisi ex causa rationabili & urgente; & id tunc fiat cum sui Prelati vel Prælatæ licentia. Quam licentiam volumus ut Prælatus vel Prælata non dent, nisi causâ examinatâ, quod sit evidens, & non possit sine scandalo denegari. Item in Oratorio, Refectorio & Dormitorio per Monachos continuum semper silentium servetur. In Claustro vero illis horis servent silentium, quibus Observantia præcipit Regularis. In Refectorio omnes comedant, & non carnes, nisi in Infirmitaria. Vna sit omnibus coquina & communis cibus, nisi de licentia Abbatis vel Prioris, & ex causa. Speciales Cameras & comediones ibidem distinctius inhibemus.

Omnis in communi Dormitorio dormiant, nisi debiles fuerint vel infirmi. Divinum Officium, secundum Regulam beati Benedicti vel Augustini, & institutiones Sanctorum Patrum, celebrent. Item sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ præcipimus, ut omnes Religiosi, & præcipue Sanctimoniales, habitum, peplum & velum secundum Regulam ferant, ubique fuerint constituti. Cappas, Manicas, Tunicas, phalas, indumenta, Tabardos, Calceos vel Caligas non ferant, nisi beati Benedicti & beati Augustini Regulæ congruentes. Quod propter abusum, qui his temporibus in talibus inolevit, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ præcipimus ab omnibus tam Monachis quam Monialibus firmiter observari. Propria non habeant, nec pecuniam, nisi cui hoc committitur ratione Officii vel Administrationis, sibi commissa per Abbatem. Item Officia vel Administrationes habentes, contractus non ineant, locationes quarumcumque rerum mobilium vel immobilium non faciant: mutuum aliquatenus non recipiant à quoconque, præter scitum Abbatis & Conventus. Et si contra fecerint, sciant, contractum hujusmodi non tenere, & se sententiam Excommunicationis, in ipso in hoc casu à Nobis latam in his scriptis, incurrisse. Et hæc eadem extendi volumus ad Prælatos & Canonicos Regulares ac Præmonstratenses, & alios quoslibet Religiosos. Item Abbatibus & Prioribus districte præcipimus, ut omnia & singula, quæ ad Regulam & Ordinem pertinent, faciant ab omnibus & singulis inviolabiliter observari, cum appositione pœnæ quæ in Regula continetur; rebelles vero & incorrigibiles ad Nos deferentes, ut ipsum per Nos rebellio compescatur. Item statuimus, ut secundum statutum Concilii generalis, Domini Innocentii Papæ Terti, per Abbes, Priors, Præpositos Ordinis sancti Benedicti Nostræ Civitatis & Diœcœsis, de triennio in triennium, commune Capitulum obseretur. Cujus Concilii tenorem volumus ut singuli habeant; ut sciant, qualiter hujusmodi Capitulum servare teneantur. Et, quia hujusmodi statutum est negligenter servatum, lieet Dominus Conradus, Prædecessor Noster antedictus, hoc mandaverit, Nos pœnam adjicimus, & non servantes excommunicamus in his scriptis. *Vsq[ue] h[ic] verba Statuti.*

Nos autem, pro clariori intellectu ejusdem, volumus Excommunicationis pœnas intelligi, in eas personas Religiosas ferri, quæ aut communem vitam, aut paupertatem, modo quo supra præcipitur, aut obedientiam, aut stabilitatem in Monasterio, nisi licentia interveniat, aut quæ habitum Religionis non deferrunt, aut administrando sua autoritate contractus faciunt, cujuscumque etiam Religionis fue-

fuerint. Et, quoniam nonnullae reperiuntur Religiones, post Constitutionem dictam exortæ & exemptæ, & quæ, licet sint de Provincia Colonienfi, se comprehendunt non putant, & periculosa Censuram parvi pendunt: Hinc Nos Apostolica autoritate decernimus, Statutum illud, in jam dictis per Nos casibus, cum sua poena, ad omnes & singulas Religiones, tam exemptas quam non exemptas, etiam Clericatenses, ubilibet per Provinciam constitutos, extendi; ita tamen, quod non nisi anno revoluto poena locum sibi vendicet. Præcipimus igitur omnibus Religiosis personis, exemptis & non exemptis, per Provinciam Constitutis, ut quanto citius ad Reformationem se adaptent, illam recipiant & continent. Quod si intra annum non fecerint, eo ipso in penam statuti prælibati, & alias Iuris & Regularum suarum penas, se sciant incidisse.

Per hanc tamen annalem poenæ suspensiōnem, non credant secum dispensatum, quo minus ad votorum suorum oblervantiam, sub poena peccati mortalis, semper sint adstricti. Datum Coloniae sub Nostro sigillo, die octavo mensis Martii, anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Nicolai, Divina Providentia Papa quinti, anno quinto.

Quocirca vestræ Fraternitati omnia & singula, sic, ut præmititur, facta, statuta & ordinata, insinuamus, publicamus, & notificamus, per præsentes.

Datum in Civitate Nostra Colonensi, Nostro sub sigillo, præsentibus appenso, anno Domini M CCCC LIX, die nona mensis Martii.

*Continuac.  
hic D.  
Theodorius  
cuss inter-  
sedlam  
paulo am-  
sum ad  
Episcopum  
Leodiensem.  
Epifolam.*

# C A N O N E S

## CONCILII PROVINCIALIS

## COLONIENSIS,

### Celebrati Anno M D XXXXVII.

#### I N D E X T I T U L O R V M

Principalium ac Capitulorum.

#### P A R S I.

#### DE MVNERE EPISCOPALI.

Officium Episcopi, post verbi prædicacionem, consistit potissimum in impositione manuum, & visitatione Ecclesiastiarum.

**D**e impositione manuum, quæ est Ordinum Ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum. Cap. 1  
Ad certum titulum, Ecclesiæ Ministros Canonice deligendos ordinandosque. 2  
Manum nemini cito imponendam. 3  
Humani affectus, & venalitas in Beneficiis Ecclesiasticis, execrabilis. 4  
Beneficia Ecclesiastica, priusquam videntur, nemini promittenda. 5  
Dignis tantum Beneficia esse conferenda. 6  
Idoneos tantum in Prælatos eligendos esse. 7

In eligendo aetas, mores, literatura, & sacer Ordine, spectandæ.	8
Elecionem sinceram esse oportere.	9
In confirmatione Electionis, que expendenda.	10
Per Patronos, idoneos presentari oportere.	11
Quid incumbat Archidiaconis.	12
Aliquot abusus Officialium inter visitandum corrigendi.	13
Omnes, qui de Beneficiis disponunt, sui officii admonendi.	14
Moderatio, Patronos Laicos respiciens.	15
De Officio Vicariorum in Pontificalibus.	16
Quid Episcopis potissimum curandum sit.	17
De etate Ordinandorum.	18
Testimonium vitæ ac doctrinæ, per initiandos sacris, exhibendum.	19
De eruditione Ordinandorum inquirendum.	20
Videndum, quo affectu ad Ordines accedatur.	21
Quanto temporis spatio ante majorum Ordinum receptionem, initiandi se presentare debeant.	
Item & quid initiandi tum secum allaturi sint.	22
Quale testimonium afferendum.	23
Die Mercurii, proxima ante susceptionem Ordinum, examinandi, qui initiantur sacris.	24
Neminem ab examinatione immunem esse oportere.	
Cujus	25

C E L E B R A T I , I N D E X .

121

<i>Cujus admonendi sint , pridie Ordinationis , initandi sacris.</i>	26	<i>Mali exempli est , Sacerdotem se venditare in Capellarium delicato Laico aut muliercale.</i>	27
<i>In minoribus Ordinibus conferendis , quæ cura adhibenda.</i>	27	<i>Suspecta mulierum cohabitatio Clericis interdicta.</i>	28
<i>Ab initiandis nihil exigendum.</i>	28	<i>Avaritia in Clero execrabilis.</i>	29
<i>Literæ dimissoriæ nulli temere concedenda.</i>	29	<i>Honesto artificio viæ quæcumque Clerico licet.</i>	30
<i>Tituli Ordinandorum diligenter discutiendi.</i>	30	<i>Clerici ne mercatores sint , multo minus fæneratores.</i>	31
<i>Peregrini Clerici quomodo admittendi.</i>	31	<i>Damnantur Clerici superstitione , scurrile , curiosi ac leviculi.</i>	32
<i>Odiosa Beneficiorum pluralitas in una eademque persona.</i>	32		
<i>Dispensationes inspicienda , ut occurratur abusibus.</i>	33		
<i>In resignationibus ac permutationibus Beneficiorum , quæ cura adhibenda.</i>	34		
<i>Præstat , paucos esse bonos , quam multos inutiles , Sacerdotes.</i>	35		
<i>De Visitatione ultimo loco dicendum.</i>	36		

P A R S I I .

<b>D</b> E Officio privato ac publico , vitaque ac moribus Clericorum , generatim.	Cap. I
<i>Vnde Clerici appellatio derivata.</i>	2
<i>Clericum suo Officio intentum esse oportere.</i>	3
<i>Duplex Clericorum ministerium.</i>	4
<i>Biblia à Clericorum manibus nunquam deponderada.</i>	5
<i>De Horariis precibus indies perlegendis , &amp; reformatis Breviaris.</i>	6
<i>Pro cuiuslibet affectu non facile novandum quid in Ecclesiastico Officio.</i>	7
<i>Quo affectu Horarias preces persolvere oporteat.</i>	8
<i>Summa devotione Missæ sacram celebrari oportere.</i>	9
<i>Arguuntur , qui polluta mente ad Altare Domini accidunt.</i>	10
<i>Revidenda Missalia ac Breviaria.</i>	11
<i>Quæ omitti aut decurari , vel Organorum vel Canonorum concordia , haud debeant.</i>	12
<i>Quemadmodum Missa legenda.</i>	13
<i>Quid post elevationem Eucharistie agendum.</i>	14
<i>Organorum melodia quemadmodum temperanda.</i>	15
<i>Singulis Dominicis diebus , quæ ipsis peculiaria sunt , officia dicenda.</i>	16
<i>Confessio , Missæ preambulum , devote recitanda.</i>	17
<i>Cur Sacerdos in Altari ministrum habeat.</i>	18
<i>Omnis cultus Divinus summa cum veneratione peragendus.</i>	19
<i>De vita ac moribus Clericorum.</i>	20
<i>Ob quam causam Clerici male audiant , ac puniantur.</i>	21
<i>Præcipue cause mali , tres.</i>	22
<i>Ambitionem ac fastum Clericali Officio maxime repugnare.</i>	23
<i>Omnis luxus Clerico interdictus.</i>	24
<i>Clerico non licere vel cauponem agere , vel tabernas , nisi necessitatibus causa , intrare.</i>	25
<i>Habitus seu exterioris corporis cultus modestia a Clericis exigitur.</i>	26

P A R S III .

<b>D</b> E Metropolitanis , Cathedralibus & Collegiatis Ecclesias , & in his ministrantibus.	Cap. I
<i>De Officio Decanorum.</i>	2
<i>De Officiis in ejusmodi Ecclesias ministrantium , generatim.</i>	3
<i>De Canonicorum vita &amp; officio.</i>	4
<i>Quemadmodum preces Horariae , aliaque Divinae laudes , decantanda.</i>	5
<i>Inter sacra nihil ne cogitandum quidem , quod Dei aut Ecclesiæ oculos offendat.</i>	6
<i>Decani Templi summi potestas in prævaricatoribus.</i>	7
<i>Quem oporteat esse vestitum ministrantium in bisce Ecclesias.</i>	8
<i>Decani undique advigilabunt.</i>	9
<i>Ante omnia vero , ut Canonicis sacris adsint.</i>	10
<i>Vicarii , ut Divinis laudibus decantandis intersint , adiungendi.</i>	11
<i>Ad personalem residentiam cogendi , quibus hec per fundationes Beneficiorum est imposita.</i>	12
<i>Lucri tantum causa sacris adesse non oportere.</i>	13
<i>Capitula Disciplinæ qualiter observanda.</i>	14
<i>Officium Decani in rebelles.</i>	15
<i>Contentiosi ad pacem &amp; concordiam per Decanum &amp; Capitulum revocandi.</i>	16
<i>Pœna adversus contentiosos pertinaces.</i>	17
<i>Quo tempore Capitularum quotidianorum Conventus observandi.</i>	18
<i>Volumina statutorum revidenda.</i>	19
<i>In Capitulis , à juramentorum facilis exactione temperandum.</i>	20
<i>Inter visitandam , de moderandis annis , qui expellantur appellantur , videndum.</i>	21
<i>Non oportere , à Canonico recens admisso , pecuniam statutariam duplicatam , ob antecessorem , exigi.</i>	22
<i>Communi necessitati Ecclesiæ , communi contributio confulendum.</i>	23
<i>Tribunalia extra Tempora collocanda.</i>	24
<i>Optandum , ut deambulationes in bisce Ecclesias prohiberi possint.</i>	25
<i>Theatrales ludos non inferendos templis.</i>	26
<i>Cujusdam abusus abrogatio.</i>	27
<i>Processionum Collegiarum Ecclesiæ , quæ ad Majorem sicut , moderatio.</i>	28
<i>De Processionibus non abrogatis.</i>	29
<i>Quomodo ad anniversaria Episcoporum in Majori Ecclesiæ</i>	

L

vii

Ecclesia convenientum sit.	30	Quid cavendum inter concionandum.	9
Minora ministeria idoneis committenda, ac de-		Nihil aut fabulosum aut suspectum adseren-	
center peragenda.	31	dum.	10

## P A R S IV.

<b>D</b> E Parochis, ac eorum Vicariis, aliisque ver-		<b>A</b> scommatis & conviciis abstinendum.	13
bi ministris.	Cap. 1	In contentiosis dogmatibus quomodo docendus po-	
Qui admittendi.	2	pulus sapere.	14
Orandus Deus, ut mittat operarios in messem		Qualem oportet esse Parochum in reprehendendis	
suam.	3	criminibus.	15
Vnde dignoscere oportet Pseudoëcclesiastas.	4	Manifesta reprehensio utrinque potestatis vi-	
Soli autoritate ordinaria comprobati, ad verbi		tanda.	16
ministris admittendi.	5	Quomodo corripiendi Magistratus.	17
Quod ordinarii verbi ministri, sunt legitimi Paro-		Admonendus populus, ut oret pro Magistrati-	
chi, & illorum Vicarii, modo tamen hi examina-		bus.	18
ti prius & admissi sint.	6	Notantur, qui secus docent.	19
Fratres mendicantes quatenus admittendi.	7	Summa doctrinæ Christianæ in Enchiridion contra-	
Quam modestiam fratres Mendicantes in verbi		henda.	20
prædicatione servare oporteat.	8	Enchiridion quæ docebit.	21
Non ferendi, qui in Iurisdictiones & potestates te-		Ordo concionandi, quem simpliciores sequentur.	22
mere ad plebem invehuntur.	9	Sanctorum historie quatenus attingenda.	23
Abusus est, qui Parochio suo Officio interdicit.	10	Allegoria quomodo explicanda.	24
Fratres Mendicantes his Synodalibus Constitutio-		Quomodo finienda concio.	25
nibus erunt parentes.	11	Quid recitandum, finita concione.	26
Decet quoque, ut fratres eatenus ordinariae pot-		Quomodo, finita concione, populus excitandus ad	
estati subjiciantur.	12	orandum pro defunctis.	27
De semel certo loco destinatis ac admissis, non te-			
mere retrahendis.	13		
Qui, nulla legitima autoritate innixi, se verbi mi-			
nisterio ingerunt, ut seditionis comprimenti.	14		
Prohibentur omnes Apostatae, Monachi ignoti, ac			
peregrini spermologi.	15		
De Terminarius, quatenus admittendi.	16		
Privilegium fratrum nihil derogatur.	17		
Monachorum Ecclesiae, per Seculares (ut vocant)			
Presbyteros gubernande.	18		

## P A R S V.

<b>D</b> E vita ac moribus Parochorum. Cap. 1		<b>D</b> E administratione Sacramentorum. Cap. 1	
Vita ut doctrinæ in Parochio conveniat, ne-		Instrumentus populus, quid agatur in cuiuslibet Sacramenti exhibitione.	2
cessarium.	2	Quid agatur in Baptismo.	3
Pastorem gregis exemplum esse oportere.	3	Cujus sint admonendii susceptores infantis.	4
Vitanda Parochio in primis avaritia.	4	Populus docendus, quid velint externa signa.	5
Parochi familiam, irreprehensibilem esse debere.	5	Quomodo accendendum ad Baptismum.	6
Parochio luxus omnino carentius.	6	Baptismus in facie Ecclesiae peragendus.	7
Pudicitia servanda Parochio.	7	In Confirmationis exhibitione quid docendum.	8
Qua fugienda Parochio, & qua sectanda.	8	Quomodo ad Sacramentum Confirmationis acce-	
		ndendum.	9
		Cujus sint admonendii susceptores Confirmati.	10
		De moderandis donariis, quæ susceptores do-	
		nant.	11
		Docendus populus de signis externis.	12
		De sacrosancta Eucharistia.	13
		Quid docendus populus in hujus Sacramenti mi-	
		nistratione.	14
		Quibus persuasum est, utramque speciem Laicum	
		participare oportere, quomodo docendi.	15
		De veneratione sacrosanctæ Eucharistie.	16
		Quomodo tantum miraculum in hoc Sacramento	
		fiat, populus docendus.	17
		Quomodo admonenda plebs, ad sumendam Eucha-	
		rhistiam accedens.	18
		Qui ad hoc Sacramentum participandum ad-	
		mittendi.	19
		Quatenus, alteri quam suo Parochio confessus, ad	
		Eucharistiam admittendus.	20
		Intra annum saltem semel communicandum.	21
		Quorum admoneri populus, hoc Sacramentum	
		pari-	

## P A R S VI.

<b>D</b> E dissemination verbi. Cap. 1		<b>D</b> E fidelitas in Parochio requiritur.	3
Quid Parochio meditandum.	2	Quis sit fidelis verbi dispensator.	4
Fidelitas in primis in Parochio requiritur.		Omnis Scriptura ad geminam charitatem exigen-	
		da.	5
		Summa Evangelicae prædicationis.	6
		Parochio cauissima solitudine in prædicatione	
		verbi utendum.	7
		Quemadmodum sermo temperandus,	8

participaturus, maximè debat.	22
Docendus quoque, cur hoc Sacramentum sub specie panis & vini institutum sit.	23
Quomodo singulis Dominicis diebus plebs ad au- diendum Missam se preparabit.	24
Docendus populus generatim, quid agatur in Missa.	25
Corripiendus abusus eorum, qui ante finitam Mis- sam irreverenter discedunt.	26
Docendus populus, quae sit Missæ Sacrificium.	27
Exequie ac Missæ pro defunctis, quando & cum qua admonitione celebrandæ.	28
Qui ad exequias evocandi.	29
De penitentia partibus.	30
Prima penitentia pars, Contritio, in suggesto sem- per per traetanda.	31
Neminem non ad penitentiam invitari.	32
Presbyter, qui à Confessionibus est, qualis esse de- beat.	33
Quid consentem docebit Presbyter Confessa- vius.	34
Remedium pro ratione morbi adhibendum.	35
Nimis anxi quomodo tranquillandi.	36
Moderatio in casibus reservatis.	37
Publicæ Pœnitentiæ usus in Ecclesiam revocan- dus.	38
Recitata Confessione, quid agendum per Paro- chum.	39
In Matrimonii Sacramento quid agant.	40
Quemadmodum nonendi sunt, qui Matrimonium contrahere affectant.	41
Matrimonium tria complecti.	42
Pium votum, & in clandestine contrahentes cen- sura.	43
Coniunctio conjugum in facie Ecclesie peragen- da.	44
Peregrinos & ignotos sine legitimo testimonio non conjugendos.	45
In gradibus Consanguinitatis & Affinitatis, Conci- lium generale observandum.	46
Ludicra tollenda.	47
De sacro Ordine dictum esse prius.	48
Cur adhibeatur extrema Vnctio.	49
Quomodo impendenda Vnctio extrema.	50
A sepultura nemo, in communione decedens, re- pellendus.	51
Quam admonitionem in sepulturis & exequiis sie- ri oporteat.	52

## P A R S VIII.

DE viatu Parechorum.	Cap. I
Parochis vietus necessarius suppeditandus.	2
Vicecuratos, quos vocant, ex preventibus Ecclesiæ congruam sustentationem recepturos.	3
Qui Ecclesiæ unitas habent, Vicariis perpetuis por- tionem congruam assignare oportere.	4
Vbi redditus non sufficerint, quid agendum.	5
Denarius confuetus, sed duplicatus, pendendus.	6
Landabilem consuetudinem Agrippinæ Coloniae, per hæc non abrogari.	7

## P A R S IX.

DE constitutionibus ac consuetudinibus Eccle- siasticis.	Cap. I
Iejunia, ab Ecclesia indicata, reverenter observan- da.	2
Irrisores Ecclesiasticorum jejuniorum refelluntur.	3
Ecclesiæ constitutionem charitati cedere.	4
Quid in jejunio potissimum spectandum.	5
Redarguntur, qui Quadragesimæ observationem contemnunt.	6
Litanie & Rogationes cur institutæ: & quomodo populus admonendus sit.	7
Processiones intra septa Ecclesiæ peragendæ.	8
Admonendus populus, cur farie institutæ.	9
In feriis soli Deo vacandum.	10
Dies dedicationis templi extra Coloniam, uno die ubique celebrandus; & quomodo sit admonen- dus populus.	11
Cur templo & Altaria consecrentur.	12
Populus docendus, quid agatur & significetur in consecratione Templorum & Altarium.	13
Cur benedicantur Can panae.	14
Docendus populus, ut signatis potius quam signis inhæreat.	15
Quicquid in ceremoniis ad abusum spectat, cante ac diligenter cavendum.	16
Cur reconcilietur Templum aut Cœmeterium.	17
Quo pollutio reconciliationem requirat.	18
Quorum sumptu & expensis reconciliatio facien- da.	19
Immunitatem Ecclesiasticam in duobus potissi- mum sitam esse.	20
Quemadmodum Fraternitates reformatæ sint.	21

## P A R S X.

DE vita ac conversatione Monastica. Cap. I	
Neminem Monachismi professione temere alligandum.	2
Admonendi parentes, ne liberos invitatos in Mono- strium detinuant.	3
Quo affectu Monastica vita amplectenda.	4
In Monasteriis habendus, qui doceat legem Do- mini.	5
Verbi predicatorem in Monasteriis esse oport- tere.	6
Monachi bona indolis, ad Academias mittendi.	7
Moniales non esse alligandas, ut nulli quam suo (ut vocant) Patri aut Præposito confiteantur.	8
Metatam esse paulatim faciem Monasteriorum; ac usurpatum hospitiij Ius, simul cum accessu, moderandum.	9
Visitatione Monasteriorum necessaria.	10
Sumptuosi Monialium Præpositirogandi, & frugales economiæ constituendi.	11
In Monasteriis Monialium, viatum ac mensans communem esse oportere.	12

124 CONCILII PROVINC. COLON. ANNO M D XXXVI

De Präpositis, solitariè commorantibus.	13	nis censura.
Visitrandæ domus Fratrum Teutonicorum, divi		Excommunicatos vitandos.
Ioannis Baptiste, & Antonitiorum.	14	Non passim, contra omnes delatos, per Fiscales in-
De vita & conversatione Monachorum.	15	quirendum.
Monachorum studia atque exercitationes quales		Manifeste criminosi pro questu nequaquam fe-
esse oporteat.	16	rendi.
Monachos vagos, sub custodiam revocandos.	17	Clerici gravissimorum criminum rei, secundum Ca-
Litteras privatas, Monacho aut Monache, injussu		nonicas sanctiones puniendi.
Abbatis, resignare non licere.	18	9
Canonistarum secularium mores reformati.	19	De Testamentis insinuandis, approbandis, ac ex-e-
		quendis.
		Bona Presbyteri, ab intestato defuneli, in piam cau-
		san convertenda.
		Portio, que Archiepiscopo solvitur, minime gra-
		vis.
		Iuramentorum facilis exactio, in judiciis refrenen-
		da.
		Formula inquirendi hereticos, delineandi.

P A R S X I.

<b>D</b> E Hospitalibus & Orphanotrophiis, aliisque	
id genus pii locis.	Cap. 1
In hospitalibus in primis anime curande, deinde	
corpus.	2
In hospitalia qui recipiendi.	3
In hospitalia pauperes ejus loci, ubi constituta sunt,	
potissimum recipiendos, maxime contagiosis mor-	
bis implicitos.	4
Mendicantibus validis hospitalia clausa & men-	
dicitatem interdilectam esse oportere.	5
Magistrorum hospitalium prævi affectus damnan-	
tur.	6
Quan graviter peccent, qui ex pauperum vietū se	
ditant.	7

P A R S X I I.

<b>D</b> E Scholis, Typographis, ac Bibliopolis.	
Cap. 1	
Schola inter visitandum repurgandæ, ac insti-	
tuende.	2
Apud singulas Ecclesiæ habendus vir eruditus,	
qui Clericos ejus Ecclesiæ instituat.	3
Qui huic viro vietum suppeditabunt?	4
Quemadmodum Academie instaurari, ac studia	
ali possint.	5
Pium votum, ad studia sublevanda.	6
Decretalem Honorii Tertiæ, quoad ejus fieri potest,	
renovari, æquum esse.	7
Quid curandum in Academiis.	8
Nihil imprimendum aut vendendum, nisi revisum	
prins.	9

P A R S X I I I.

<b>D</b> E Iurisdictione Ecclesiastica contentiosa.	
Cap. 1	
Excommunicationis origo & præcipuus usus.	2
Quar passim in omnes inobedientes Excommuni-	
cationis censura distringi coepit.	3
Vsum Excommunicationis in publicè criminosos,	
in lucem revocandum.	4
Quid cavendum in decernenda Excommunicatio-	

		nis censura.
		Excommunicatos vitandos.
		Non passim, contra omnes delatos, per Fiscales in-
		quirendum.
		Manifeste criminosi pro questu nequaquam fe-
		rendi.
		Clerici gravissimorum criminum rei, secundum Ca-
		nonicas sanctiones puniendi.
		9
		De Testamentis insinuandis, approbandis, ac ex-e-
		quendis.
		Bona Presbyteri, ab intestato defuneli, in piam cau-
		san convertenda.
		Portio, que Archiepiscopo solvitur, minime gra-
		vis.
		Iuramentorum facilis exactio, in judiciis refrenen-
		da.
		13
		Formula inquirendi hereticos, delineandi.
		14
		P A R S X I V.
<b>D</b> E visitatione ac Synodis Archiepiscopalibus,		
Archidiaconalibusque.	Cap. 1	
Quo ordine visitatio instituenda.	2	
Quo ubique corrigerre oporteat.	3	
In primis reformando esse Decanos.	4	
Inquietos, & Prelatis rebello, corripiendos.	5	
In Monasteriis quomodo abusus percipiendi.	6	
In visitatione Parochiarum quid agendum.	7	
Habenda concio per Visitatores.	8	
Interrogandus Parochus, quo titulo ministerium		
gerat.	9	
De vita, moribus, & doctrina, inquirendum.	10	
De habitu, tonsura, ac reliquis externis, viden-		
dum.	11	
Num heresis quæpiam serpat, diligenter investi-		
gandum.	12	
Num agantur alia, que cum Dei & Ecclesiæ insti-		
tutis pugnant, dispendendum.	13	
De puerorum institutione, & hospitalium cura,		
querendum.	14	
Vitia, quibus assueverint Parochiani, acriter corri-		
genda ac refrenanda.	15	
De Officio Parochi inquirendum.	16	
Synodus Episcopalis anno bis habenda.	17	
Quid agendum in Synodo Episcopali.	18	
De Synodis Archidiaconalibus ac Ruralibus.	19	
Officiales Archidiaconorum, & Decanos Rurales,		
viros graves esse oportere.	20	
Synodi Archidiaconales antiquitatem quandam		
præ se ferunt.	21	
Abusus in Synodorum Archidiaconalium ac Ru-		
ralium observatione.	22	
Inter visitandum abusus corrigendi.	23	
Procurationem suo officio recte fungentibus pendit,		
æquum esse.	24	

P A R S

## P A R S P R I M A.

## D E M V N E R E E P I S C O P A L I.

*Officium Episcopi, post verbi prædicationem, consitit potissimum in impositione manuum, & Visitatione Ecclesiarum.*

**E**piscopi munus in duobus potissimum consistit. primum, in impositione manuum, quæ est Ordinum Ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum: deinde, in Visitatione Dioecesos. Vtrumque beatissimus Apostolus, ad Titum, dilectum filium, Cretæ Episcopum, scribens, complectitur: Hujus, inquit, rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt, corrigas, & constitutas per Civitates Presbyteros; sicut & ego disposui tibi. Alterum verò idem Apostolus, cum à Mileto discessum maturaret, prefecturus Hierosolymam, ac certus quod amplius haud visurus esset faciem eorum omnium per quos transiit prædicans regnum Dei, vocatis illo ad se ab Epheso Ecclesia Presbyteris, Apostolica vehementia inculcat, cum ait: Attende vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit fanguine suo. Et quoniam scio, inquit, quod intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipsis exurgent viri, loquentes perversa, ut abducant discipulos post se; propterea vigilate. Cui muneri ut ambo illa Apostolici ordinis eximia luminaria, nimirum Petrus ac illius collega Paulus, satisfacerent; alter transiit & inviit universos, alter perambulavit Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodiæ præcepta Apostolorum & Seniorum: nimirum non tantum verbo, sed & exemplo Episcopos commonentes, ut, qui speculatoriæ in Dei Ecclesia constituti sunt ac appellantur, Provincia sibi mandate vigilissime intendant, fidem, conversationem, mores & vitam singulorum explorent examinentque, ac provideant, ne alicubi quis in ea vocatione, ad quam à Deo vocatus est, torpescat.

**C A P. I.** *De impositione manuum, quæ est Ordinum Ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum.*

**I**mpositio manuum, est ostium per quod intrant, qui Ecclesiarum gubernaculis admoventur. Proinde, quia ejusmodi ostium dili-

genter custoditum non est, factum est ut tanta mala, quæ sentimus, agminatim in Ecclesiam Dei irruperint. Hujus januae vigilantissimi custodes fuerunt Apostoli Christi, & quotquot ipsis succederunt Apostolici Episcopi.

In primis verò divinissimus Paulus, qui, dilectissimus discipulus Timotheo ac Tito, ejusmodi custodia formulam ex professo præscribit. Porro Apostoli, cum esset in locum Iudeæ proditoris deligendus duodecimus collega, statuerunt duos ex his viris, qui cum ipsis congregati fuerunt in omni tempore, quo intravit & exiit inter eos Dominus Iesus, probatissimos, electionem alterutrius Domino committentes. Ad hæc, cum essent diligendi primi illi Ecclesiæ Diaconi, Apostoli, convocata discipulorum multitudine, dixerunt:

*I Tim. 3.  
Tit. 3.  
Act. 1.*

Considerate fratres ex vobis viros boni testimoni, plenos Spiritu sancto ac sapientia, quos constituamus super hoc opus. Atque illi (cum placuisset hic sermo) coram omni multitudine elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu sancto, ac reliquos sex, quos statuerunt ante conspectum Apostolorum: qui dein non temere, sed orantes, illis imposuerunt manus. Denique de Barnaba, per Apostolos ad Antiochiam destinato, refert Scriptura: Quoniam Apostoli miserunt Barnabam, quod esset vir bonus & plenus Spiritu sancto ac fide. Quibus exemplis edocemur, quanta cura ac delectu manus impositionem fieri oporteat. Beatus Apostolus inter alia Timotheum sic alloquitur: Commenda, inquit, quæ audiisti à me per multos testes fidelibus, qui & idonei erunt alios docere. Et iterum: Manus nemini citò imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. A qua regula cum longè lateque discessum sit, affectibus privatis fibi omnia vendicantibus, morbus obortus est pluribus, atque ita radicatus, ut vix spes mendandi relicta sit. Neque tamen, in mediis & exulceratissimis morbis, de remedio desperandum erit, sed tanto magis de pharmaco idoneo cogitandum providendumque.

*Act. 6.*

*Act. 11.  
2 Tim. 2.  
1 Tim. 5.  
Act. 11.*

**C A P. II.** *Ad certum titulum, Ecclesiæ Ministros Canonice deligendos ordinandosque.*

**Q**uoniam verò primitivæ Ecclesiæ facies, quod ad institutionem ministrorum attiner, paulatim immutata fuit; nimirum doctatissimis templis, fæderotisque ac certis stipendiis, ministribus, constitutis: vistum subinde

*Ex Con-  
cil. Latero-  
ran. sub  
Alex. 3.*

L 3 sanctis

sanctis Patribus non absque multa ratione fuit, ne quisquam sine certo titulo, qui illi vicum necessarium suppeditaret, ad majores, quos & sacros Ordines vocamus, ordinaretur; adhibita etiam non levi severitate in Episcopos, qui secus facere presumfissent. Quæcum sic se habeant, reformationem ordiri hinc fuerit necesse. Videndum itaque in primis est, ut collationes Ecclesiasticorum Sacerdotiorum seu Beneficiorum, veluti electiones, presentationes, & institutiones Clericorum ac ministrorum, maxime eorum qui cura præficiuntur animarum, quæ scientia scientiarum merito appellanda est, rite ac canonice fiant; utque maximi illi & terribili abusus & vita, quæ in diligendis personis Ecclesiasticis, non vulgari cum detrimento Ecclesia, sè penumero committuntur, quoad fieri potest, tollantur. Quod tunc demum futurum est, cum, repulsis ac submotis indignis, digni tantum ac idonei admittentur, qui & velint & possint Officium (propter quod Beneficium datur) gerere & explere. Scriptum est enim: Qui non laborat, non manducet.

2 Thess. 3.

### CAP. III. Manum nemini citio imponendam.

**Q**UAMOBREM omnibus, qui præficiendi Ecclesiasticis munis ministros potestatem habent, illa (quam paulo ante retulimus) Paulina admonitio semper ob oculos versabitur: Manus cito nemini imposueris, neque

I Tim. 5.  
S. Leo. c.  
miramur.  
G. I. difit.  
Ex Conc.  
Tote.

communicaveris peccatis alienis. Si enim ad honores mundi, sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est pervenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adjuvant; quam diligens & quam prudens habenda est dispensatio Divinorum munerum & cælestium dignitatum! Certe olim Excommunicatione percellebantur, qui Ecclesiastica Beneficia contulissent indignis.

### CAP. IV. Humani affectus & venalitas in Beneficiis Ecclesiasticis execrabilis.

**N**VILLA itaque consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis contemplatio, facere debet hoc, ut populi gubernatio alii quam meliori tradatur. Cestent omnes affectus humani, qui sua, non quæ Iesu Christi sunt, querunt. Maxime vero Sacerdotiorum ac Beneficiorum venalitas execranda est, quod, qui sic præficiunt ac præficiuntur, inter ementes & vendentes columbas, quos Dominus flagello, de funiculis facto, è templo ejicit, ac mensas numulariorum & cathedras vendentium columbas evertit, computentur. Si enim is dignus Sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præriorum copia suffragatur; re-

Hieron. in  
Num.  
Philip. 2.

Matth.  
21.  
Ioan. 2.  
Marc. 11.  
Lucas 19.

stat, ut nihil sibi in Ecclesiasticis honoribus gravitas, nihil sibi defendat industria, sed totum auri prophanus amor obtineat. Et, cum fides simul & vita in Sacerdotibus & ministris eligenda sit, quæ tandem vita & quæ opera Sacerdotis illius erunt, qui honores tanti Sacramenti, per præmium convincitur obtinere?

### CAP. V. Beneficia Ecclesiastica, prius quam vacent, nemini promittenda.

**C**VM olim Conciliari institutione vetitum fit, ne ulla Ecclesiastica ministeria seu Beneficia promittantur alicui priusquam vacent; tum, ne quis mortem proximi, in cuius locum & Beneficium se crediderit successorum, desiderare videatur; tum, quod turpe sit Divinique plenum animadversione judicari, si locum in Ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat, quam ipse etiam seculares leges condemnare curarunt; idque vero quum nunc paßim præter omnem perlonarum deletum, designatis etiam ex nomine Beneficiis, in qua stipulatores successuri sunt, pessimo exemplo fiat: tollendus abusus est, idque non aliter, quam secundum canonicam ordinacionem, ne quis solitus sit, non tam de Officio, quam de Beneficio viventis.

### CAP. VI. Dignis tantum Beneficia esse conferenda.

**Q**VI Sacerdotia Ecclesiastica pleno (ut ajunt) jure potestatem conferendi habent, aliud factæ à se manuum impositionis discussore non expectant. Præcipua ergo illis habenda cura est, idque maxime in præficiendis Parochis, ne Apostolici præcepti prævaricatores ac rei fiant. Quis enim non intellegit, quam gravi culpa se obstringat is, qui in causa est, ut cæcus cæco ducatum præstet, nimis ambobus in foveam delabentibus? Despiciunt (inquit Malachias Propheta) nomen Domini, qui cæcum, qui claudum, qui languidum animal ad immolandum offerunt, & propterea graviter à Domino increpantur. Quis vero cæcum animal offert, nisi qui indecum in docti locum ordinat, magistrum facit qui vix discipulus esse poterat; claudum vero, qui, lucra terrena quærentem, locat in dignitate, veluti pedem in diversa ponentem? cui potest inferri illud: Visquequo claudicatis in duas partes? languidum denique, qui vitiosum pro Religioso habet, quique tardum & pigrum probat patientem.

Matth.  
15.  
Lucas 16.  
Malac. 1.

Hieron. in  
Malachi.

3 Reg. 18.

### CAP. VII. Idoneos tantum in Prelatos eligendos esse.

**S**ACRIS Canonibus saluberrime constitutum est, ut omnes Cathedrales Ecclesie, Collegia,

*Ex Concil. gener. c. ne pro defens. H. de elect. dione.*  
*Ex Concil. Basileensi Hieron. Symm. ad Lau- rent. c. vi. lissimus.*  
*I. q. I. Ex Concil. Basilens.*

legia , & Conventus , ad Dignitates vacantes , ex sua congregazione idoneos eligant Prelatos ; atque eos demum sacris administrationibus dignos esse existimant , quorum omnis ætas per disciplinas Ecclesiasticas cucurisset. Iam , ut primitiva Ecclesiæ censura mitigationem recipiat discretionis , is saltem aliorum curæ præficiatur , cuius comparatione grecæ cæteri merito dicantur. Quomodo enim fieri potest , ut non vilissimus reputetur , qui est honore præstantior , nisi quoque scientia & sanctitate præcellat ? Atque utinam hic penitus , & nautis & navigio deferendis tandem imminere pericitandi necessitatem.

C A P . V I I I . *In eligendo , etas , mores , literatura & facer Ordo , spectanda.*

*Denuo. 5.*

**Q** Vapropter Electores solicii sint , ut tam præficiant , qui Officio credendo facti ac posse possit ; virum ætatis legitimæ , moribus gravem , literarum scientia præditum , atque in sacris Ordinibus constitutum : scientes , ipsis , in re tam gravi , vel dolo vel negligenter agentibus , non minorem , quam malis illis Pastoribus ac Prælatis quos ipsi præficerunt , in districto Dei judicio imminere peccatum. Neque enim impunè peccatum in Spiritum sanctum , qui in omni electione , ut autor , invocatur. Neque inultum permittet Deus , si quis jurejurando , quod sub electionem præstatur , frustra nomen Domini usurpaverit. Ut omitamus poenas Canonicas , quæ perperam eligentes manent.

C A P . I X . *Electiōnem sinceram esse oportere.*

*Hier. 8. q. I. c. lii ces. & c. si ergo.*

**A** Blit ergo omnis Simoniae pravitas , omnis personarum respectus. Cessent potentiorum preces , que minus æquiparantur , omnisque impressio ; cesset ambitio ac dominandi libido. Ad hæc , procul absint omnes illicitæ obligationes , quæ sub electionem aut paulo post , ab eligendo vel electo , haud præter Simonæ labem extorquentur. Et procedat de vultu Dei opus ipsum ; ut scilicet , qui præstantior est omnibus , qui doctior , qui sanctior , qui in omni virtute eminentior , hic eligatur.

C A P . X . *In confirmatione electionis quæ expendenda.*

**E** Lectione facta , Nos & cæteri , qui confirmationis munus impendemus , officio Nostro , Deo volente , non deerimus ; discussum scilicet diligenter & formam electionis & electi merita , priusquam Nostras imponamus manus.

C A P . XI . *Per Patronos , idoneos praesentari oportere.*

**P** Atronii , tum Ecclesiastici , tum Laici , quos hac de re diligenter admoneri curabimus , videbunt , ut idoneos ( quemadmodum ante diximus ) Archidiaconos præsentent. Compertum liquidem habemus , quam hic supra modum pectetur. Sunt enim , qui tantum filios ac consanguineos , seu alteri ipsis addictos , citra illum delectum aut discrimen scientia , morum ac ætatis , Beneficiis Ecclesiasticis admovent. Sunt , qui admotis nomen tantum relinquunt , censem autem atque Ecclesiasticos redditus sibi , ausu quodam sacrilego , ( nihil minus quam de Ecclesiastico ministerio cogitantes ,) usurpant. Quæ omnia , cum Sanctorum Patrum functionibus damnantur , multorumque malorum in Ecclesia Dei cauila sint , posthac non committi , sed sublata penitus esse , suamque vim Canonice Regulis constare , ex animo cupimus.

*Alexand.*  
*3 c. ex*  
*sequen.*  
*de iis.*

C A P . XII . *Quid incumbat Archidiaconis.*

**A** Rchidiaconi Nostri , ad quorum curam inter alia pertinet , ut Nostro nomine Parochias ordinent , ac ministros Ecclesiæ , ipsis presentatos ac oblatos , inquirant ; scient , sui munieris esse , negligentiam Patronorum supplerent. Cum enim oculi Nostri sint , dispiacent , ne quis , aliqui indignus , sub alicius presentationis prætextu irrepatur ac admittatur. Nec contenti , quod post edita , ter publicata , nusquam compareat qui presentationem oppugnet ; eorum etiam , qui ipsis presentantur & ad instituendum offeruntur , vitam , mores , & eruditioinem accurate per vestigabunt ; ac , nisi comperti illi fuerint , muneris , cui præfici postulantur , pares , fore nefas putabunt , stulte potentibus assentiri. Neque existimabunt , id temporis , quod hunc Examini impudent , perdi ; cum nequaquam possit collocari melius ; maxime quod officium eorum , hoc ipsum ut fiat , magnopere requirat.

*C. &c.*  
*Ad hæc,*  
*de offic.*  
*Archidi-*  
*c. dinc.*  
*finali. de*  
*eleti. in 6.*

C A P . XIII . *Aliquot abusus officiū inter visitandum , corrigendi.*

**E** T , quoniam ad Nos quorundam querela perlatum est , nonnullos Officiales Archidiaconorum Nostrorum , investituræ nomine , plus æquo interdum petere , quofdam etiam institutionem ipsam , potentibus , vel temere negare vel saltem in longum differre tempus , quamlibet legitima sit præsentatio & idoneus is qui præsentatus est : curæ Nobis erit , inter visitandum de his diligenter inquirere , &c , quæ virtuosa comperientur , Archiepiscopali autoritate , communicato tamen cum Archidiaconis

conis nostris (ut par est) confilio, quoad ejus fieri poterit, corrigere.

CAP. XIV. *Omnis, qui de Beneficiis disponunt, sui Officii admonendi.*

**R**eferre etiam non parum existimamus, omnes, qui de Sacerdotiis seu Beneficiis Ecclesiasticis quamcunque disponendi potestatem habent, speciatim ac diligenter admoneri, ut hisce Synodis Canonibus per omnia obtemperent, nisi in eo ipso, in quo deliquerint, puniri velint.

CAP. XV. *Moderatio, Patronos Laicos respiciens.*

**A**ttamen, quod ad Patronos Laicos attinet, hanc censuram etenim moderamur, ut, si Archidiaconi Nostris presentatos ab eis, quod iniuste sint, instituire recusent, licet ipsi, in utilium loco, alios iterum intra tempus legitimum presentare, modo tamen dolus absit.

CAP. XVI. *De officio Vicariorum in Pontificalibus.*

**P**otquam de illorum officio diximus, qui Sacerdotiis seu Beneficiis Rectores admovent, Ecclesiasticis Ordinibus initiandos; restat, ut de Vicariis Nostris in Pontificalibus, qui huic muneri (in partem solicitudinis Nostrae vocati) potissimum delegati sunt, paucis dicamus. Nobis quidem, ut ceteris omnibus Pontificibus, in Aaronis persona loquutus est Deus: Homo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus: si cæcus fuerit, si claudus, si vel parvo vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem in corpore, vel herniosus: omnis qui habuerit maculam, non accedat offerre hostias Domino, nec panes Deo suo. Quid per allegoriam sermo divinus significare voluerit, maximus ille cælestium rerum pervestigator Paulus, in Epistolis, quas Timotheo ac Tito, ambobus naçcentis Ecclesie Episcopis, inscriptis, gravissime explicavit. Quum enim mandasset, ut per Civitates Presbyteri constituerentur, statim subjecit, quales substitui vellet & oporteret. Oportet (inquit) constitendum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem; non superbum, non iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis luci cupidum; sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari doctrina fana, & eos, qui contradicunt, arguere. Diaconos similiter, pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe

*Levit. 21.*

*Th. I.*

*1 Tim. 3.*

lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et, ut iterum nos officii nostri commonefaceret, subjecit: Et hi probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes.

CAP. XVII. *Quid Episcopis potissimum curandum sit.*

**I**ncumbit itaque Nobis, ut probemus pri-  
mum eos, qui Ordinibus, maximè sacris, iniatri desiderant. Curæ ergo erit Vicariis Nostris in Pontificalibus, manus impositio-  
nem auspicatur, ne hic quid desit, neve Or-  
dines facros aliter quam secundum regulam Euangelicam impartiantur. Ut adjutores in  
hoc examinationis munere habeant, non re-  
pugnamus; modo primæ solicitudinis partes  
apud eos sint, nec, quæ ipsi ante omnia agen-  
da erant, in alios penitus relegent, interim  
ipsi de omnibus incerti: per hæc tamen Suffraganeis Nostris nihil præjudicantes, quo mi-  
nuis ipsi, quemadmodum videbitur opportu-  
num, de hujusmodi examine faciendo dispi-  
cant. Ut vero summatim multa complecta-  
mur, dispiacent de Ordinandorum ætate, vi-  
ta, scientia & affectu.

CAP. XVIII. *De ætate Ordinan-  
dorum.*

**O**lim Diaconus ante xxv, Presbyter vero ante xxx ætatis annos, non ordinabantur. In Viennensi vero Concilio, sub Clemente quinto, Ordines sacri minori etiam ætati con-  
cessi sunt; nempe Subdiaconatus xvii, Dia-  
conatus xx, Presbyteratus denique xxv æta-  
tis annum nato. Num ad antiquos Canones regredi referat, futurum Concilium despiciet. Nos interim admonemus, Viennense Conci-  
lium, tum ex aliis Canonibus, tum ex seipso interpretandum: nimur ut ætas quidem illa sufficiat, modo tamen cætera quoque, quæ Canones plus quam ætatem respiciunt, haud desint; nempe literarum scientia, & morum gravitas.

CAP. XIX. *Testimonium vitæ ac do-  
ctrinae, per initiantos sacris, ex-  
hibendum.*

**D**e doctrina, vita, ac moribus, Suffraganeus Noster testimonium præceptorum, qui ipsos in literis instituerunt docueruntque, eorum quoque apud quos, sacris initiantus, potiorem vitæ partem transfigit ac diversatus est, exigere non omittet, ne manifeste crimi-  
nosi irrepant; idque ad certani formulam, quam delineari curabimus. Dñm enim pri-  
scam Ecclesiam respicimus, summo desiderio tangimur, priscos illos sanctissimos mores, non tantum verbis sed & re ipsa, in Ecclesiam, Carthago,  
quod

*Ex Cen.  
Arelat.  
Ex Vien-  
nensi.  
Concl.  
Clem. ge-  
neralem  
de æta.  
& qualit.  
Ex eodis  
Concl.  
Clem. te-  
dem terti.  
Ex Late-  
ram.*

*Ex 3.  
Carthago.*

*Hieron. in  
Levitt.*  
quod in Nobis est, reducendi. Illa certe ve-  
tuit, ne Episcopus, sine testimonio Clericorum  
& plebis, Clericos ullos instituat. Hinc illæ  
interrogationes solemnes præambula: Sunt  
justi? sunt cauti? atque alia similes. Neque  
frustra scriptum legimus, quod, quanquam  
Dominus de constitudo Ioseph Principe  
præcepisset, eundemque elegisset, nihilo seciū  
tamen convocari Synagogam voluisse.

C A P. XX. *De eruditione Ordinando-  
rum inquirendum.*

*ofee 4.*  
*s. Dionys.*  
**D**E eruditione quoque & scientia disqui-  
ret, ne statim à stiva ad Ecclesiastica mu-  
nia confugiat. Per Prophetam Dominus  
dixit: Quoniam tu scientiam repulisti, & ego  
repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Sub-  
stantia siquidem Sacerdotii, sunt eloquia di-  
vinitus tradita, uti Dionysius ille Magnus ap-  
posito dixit. Quæ vero in Parochis, quæ in  
cæteris, eruditio requirenda sit, post dicemus.

C A P. XXI. *Videndum, quo affectu  
ad Ordines accedatur.*

*Phil. 2.*  
*Aug. 8.  
gu. I.  
c. sicut in  
Ecclesia.*  
*Matth. 6.*  
**Q**uo denique affectu ac proposito acce-  
pant Ordinandi, videndum, accurateque  
investigandum est; num videlicet Dei causa  
tantum, an potius suæ commoditatis gratia, ad  
Ordines capessendos adspicunt, querentes  
quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Quid enim  
est sua querere & non quæ Christi sunt, nisi,  
cum tales non gratis Deum diligunt, non  
Deum propter Deum querunt, temporalia  
commoda frequentes, lucris inhiantes, & hono-  
res ab hominibus expertentes? Quisquis ergo  
talis est, non Dei filius, nec ovili Christi ido-  
neus Pastor futurus, sed mercenarius est. Vbi-  
que Deus hominis intentionem & mentem  
spectat, quam Christus in Evangelio lucernam  
corporis atque oculum vocat. Qui si simplex  
fuerit, totum corpus lucidum erit: sin autem  
fuerit nequam, totum corpus tenebrosum erit.  
Quare, si lumen (quod in initiando est) tene-  
bræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?

C A P. XXII. *Quanto temporis spa-  
cio, ante majorum Ordinum receptio-  
nem, initiandi se presentare debeant.  
Item, quid initiandi tum secum alla-  
turi sint.*

**V**T autem hic animus Vicariis nostris in  
Pontificalibus eo exploratori fit, (neque  
enim qualicumque assertioni statim tuto cre-  
ditur,) operæ precium existimamus, ut, qui ad  
facros (quos vocamus maiores) Ordines cap-  
essendos adspirant, Quatuor temporibus, ut  
vocant, quæ tempus impertitionis ejusmodi  
Ordinum proxime precedunt, Vicariis nostris in  
Pontificalibus se repræsentent, qui eos

(quemadmodum diximus) rogabunt, quid eos  
huc permovere, an expenderint quid in hac  
vocatione praefare oporteat, an huic voca-  
tioni se sentiant posse respondere, & an spe-  
rent, se, adjutore Deo, continere posse ac vel-  
le; item, an affectu carnis huc ducantur, ut vi-  
delicit in otio & suaviter vivant, opesve &  
honores parent. Admoneantur quoque, ut  
bene seipso explorent excutiantque, ne  
quum ad capiendos Ordines reverli fuerint,  
Spiritum sanctum fraudent.

Eo ipso etiam tempore, Ordinandi testimo-  
nium vitæ ac conversationis secum afferent, ut  
Vicarii Nostri in Pontificalibus, cum ex re-  
sponsione, tum vita præcedente, colligere pos-  
sint, an admittendi videantur; & num referat,  
diligentius de vitæ testimonio, ante appetens  
Ordinationis tempus, inquirere.

C A P. XXXIII. *Quale testimonium  
afferendum.*

**Q**ui Civitatem aut oppidum, Senatus; qui  
verò pagum aut vicum incolit, Iudicii  
eius loci, literas sigillatas, quæ gratis dabun-  
tur, secum feret. Quæ ne cuiquam vel per in-  
videntiam vel alium minus sincerum affectum  
denegentur, prohibemus. Alioqui, adferens  
documentum factæ requisitionis & denegati  
testimonii, nec tamen incusatus criminis vel  
defectus, ac idoneus per Vicarios Nostros in  
Pontificalibus repertus, nihilo seciū admitte-  
tur. Qui vero non in oppidis aut pagis, in  
quibus titulum naeti ac ministraturi sunt, sed  
in longinquâ regione, moram traxerunt, hi  
Canonici satisfacient institutis.

C A P. XXXIV. *Die Mercurii, proxi-  
ma ante susceptionem Ordinum, ex-  
aminandi, qui initientur sacris.*

**E**T ut hæc omnia eo accuratius observen-  
tur, visum Nobis est, ut Ordinandi, maxime ad Sacerdotii gradum, quod die Sabbati-  
no ex more Ecclesiastico fieri solet, die Mer-  
curii proxime præcedente, ad Nostras Civita-  
tes, ubi Vicarii Nostri in Pontificalibus Ordines  
ipsos facros impartient, se se conferant;  
quo duobus dehinc sequentibus diebus, vide-  
licet Iovis & Veneris, quos ejusmodi dis-  
quisitioni peragendæ deputamus, Vicariis  
Nostris, ipsisque Nostra autoritate in eo mu-  
nere adjungendis Theologis, se repræsentent,  
examinationeque eorum submittant.

C A P. XXXV. *Neminem ab Examina-  
tione immunem esse oportere.*

**A**qua quidem neminem excipimus, es-  
si magisterii titulum prætexat, nisi quem  
publicum sit & vitam integrum egisse, & ea,  
quæ

## 130 CONCILII PROVINC. COLON. ANNO M D XXXVI

quæ Ordo impertiendus requirit, facile calle-  
re. Quamobrem non solum Clerici, qui fe-  
culares appellantur, sed & Religiosi, cuiuslibet  
etiam professionis fuerint, hanc cenitram  
experientur.

C A P. XXVI. *Cujus admonendi sunt,  
pridie Ordinationis, initiandi  
sacris.*

**P**RIDE Ordinationis, admonebit Vicarius  
Noster in Pontificalibus iterum omnes,  
quo se quisque discutiat; ne Officio se alligeret,  
cui non possit satisfacere; neve mentiatur  
Spiritui sancto, aut impoenitenti corde accur-  
rat, sed ore confessus ac spiritu contritus hu-  
miliatusque, post perceptam sacrosanctam  
Eucharistiam, Deo totus deditus accedat.

C A P. XXVII. *In minoribus Ordin-  
ibus conferendis, qua cura  
adhibenda.*

**Q**UANquam, qui minores vocantur Ordini-  
nes, tam exactam curam non requirant;  
suo tamen modo, pro gradu & excellentia  
Ordinis, omnium eorum, quæ diximus, ratio  
habenda est. Quid enim indecorum magis,  
quam admoveari infantes, qui non intelligent  
quid agatur, immo ne capiant quidem quid  
Clerici nomen & reliqua minorum Ordinum  
vocabula significant? Quid turpis, quam  
quod penitus analphabeti, ac interdum flagi-  
tatio (qui, ut legum civilium censuras ac poe-  
nas eludent, tele impudentissime ingerunt,) in  
maximam Ecclesiastici Ordinis ignomi-  
niam, sacris initiantur? Qua de re nemo post-  
hac Ordinibus hisce insigniendus est, nisi  
quem & vita commendet, & literatura at-  
tisque sit, pro ratione suscipiendo Ordinis,  
sufficientis, ac recte sinceraque voluntatis.  
Qui enim in Clericis alleguntur, rem profi-  
tentur minime ridiculam; nempe se peculiari-  
ter in fortē Domini aēcitos, quibus posthac  
omnia terrena fordeant, ac sōlus Dominus  
fors ac pars hæreditatis futurus sit. Cujus quo-  
que, priusquam ordinentur, diligenter admo-  
neri debent.

C A P. XXVIII. *Ab initiandis  
nihil exigendum.*

**V**T autem Ecclesiastici Ordines summa  
sinceritate, omni quæstus suspicione,  
omnis mali specie quam longissime submota,  
conferantur; nolumus, ut ab initiatis quie-  
quam, vel sigilli nomine, à Vicariis Nostris in  
Pontificalibus exigatur, sed tantum Scribis  
earum literarum, quæ Formatæ appellantur,  
unus Albus solvatur: nam eos sumptus, quos  
antehac Vicarius Noster in Dioecesi Colo-

nienſi Choraulium causa facete confuevit,  
Nos deinceps pendemus. Non dubitamus in-  
terim, Suffraganeos Nostros suis Vicariis in  
Pontificalibus ita provisuros, ne quis justam  
querendi causam inveniat.

C A P. XXIX. *Literæ dimissoriæ  
nulli temere concedende.*

**P**ROhibemus quoque, ne Officiales Nostri  
literas dimissorias, quæ vulgo Licentiatioria  
Ordinandi vocantur, alicui temere conces-  
sant. Illarum enim prætextu, qui suæ rudita-  
tis & incitiae sibi consciæ sunt, Nostrorum  
Vicariorum in Pontificalibus disquisitionem  
subterfugiant, ac alio demigrant, ubi nullus  
Canonicæ traditionis respectus habetur.

C A P. XXX. *Tituli Ordinandorum,  
diligenter discutiendi.*

**T**ITULI quoque Ordinandorum discutiantur.  
Plerique enim inventi sunt, qui, fit-  
tis & emendatis titulis, ad Sacerdotii di-  
gnitatem evečti, eandem turpiter prostituerere  
potest coacti sunt, vendibiles, quandocunque  
dolosi spes refulerit nummi. Quorum nu-  
merum, quod nihil fere aliud quam numerus  
sint, imminui, plurimum referret. Inter hos  
siquidem est, qui in plateis mendicat infelix  
Clericus, &c., servili operi mancipatus, publi-  
cam depofcit Eleemosynam: qui eo magis  
à cunctis despicitur, quod miser ac desolatus,  
justè putatur ad hanc ignominiam devenisse.  
Inter hos est, qui in divitium ac nobilium do-  
mibus securram aut mīnum aut morionem  
agit; quem ab Officio retrahendum, Cartha-  
ginense Concilium decernit.

C A P. XXXI. *Peregrini Clerici  
quomodo admittendi.*

**P**EREGRINI Clerici, Romæ aut alibi ordina-  
ti, priusquam de Ordinatione sua ritè ade-  
pta, deque vita, moribus, eruditione ac titu-  
lo, fidem fecerint, ac commendaticias suorum  
Episcoporum, suæque Ordinationis literas,  
exhibuerint, repellantur. Quanta enim per  
hos, qui evaganti licentia abutuntur, scanda-  
la, animarumque pericula, & in Clero & in  
populo frequenter eveniant, nemo est qui non  
videat.

C A P. XXXII. *Odiosa Beneficio-  
rum pluralitas in una eadem-  
que persona.*

**O**DIOSA semper apud veteres fuit plurium  
Sacerdotiorum ambitiosa cupiditas, ne-  
que semel generalibus Conciliis damnata.  
In Chalcedonensi enim inter alia cautum  
est,

Hieron. ad  
Nept.

Ex Agath.  
c. 25. de  
Cle. pe  
reg. utr.  
tit. 61,  
62, 63.  
diff.

## CELEBRATI, PARS PRIMA.

137

*Ex Tol. c.  
anno. 10.  
q. 3.*

est, Clericum in duabus Ecclesiis conscribi non oportere; quod difficile videatur ut unus vicem duorum sustineat, & absurdum si promiscui actibus rerum turbentur officia. Id verò imprimis noxiū est, ubi plures Parochiæ seu Dignitatis uni Presbytero committuntur, quod solus per omnes Ecclesiæ nec Officium persolvere nec rebus earum necessariam curam impendere valeat. Quare tam eos qui de Sacerdotiis ejusmodi disponendi potestatem habent, quam qui ea, cœca cupiditate duci, ambiunt, commonitos volumus, ut suos affectus Canonici instituti submittant; qui vero Dispensatione Apostolica aduersus hæc se tueri velint, ut causam dispensationis obtentæ, Deo comprobent. Neque enim sublimes atque admodum literatas personas suo privilegio nudamus, modò illo recte & secundum Deum utantur.

## C A P. XXXIII. Dispensationes inspiciendæ, ut occurratur abusibus.

*Ex Conc.  
gen. c. de  
multa, de  
Prabend.  
& Dignit.*

*I Cor. 10.*

*Ber. ad  
Eug.*

*I Cor. 4.*

*Psal. 7.*

*Ber. ad  
Ruper.  
cog.*

*Ex Conc.  
Lug. c. ord.  
de offi. ord.  
lib. 6.*

**Q**uam impudenter plerique diplomatis ac dispensationibus, apud Sedem Apostolicam extortis, præter summi Pontificis mentem (qui & vult & debet porestat fibi concessa, non ad destructionem, sed ad ædificationem uti) abutantur, nullus est qui ignoret. Non prohibeo (inquit quidam vir pius) dispensare, sed dissipare. Dispensatio quidem credita est: sed hic jam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Quanquam apud illos maxima culpe pars residueat, qui, vel nulla vel minus legitima vel etiam ficta causa supplicatoriis precibus inserta, dispensationis techorum tandem eliciunt, quos apud Deum, qui renes & corda scrutatur, omnemque hypocrisim ac fraudem execratur, securos quis dixerit? Nemo tibi (ait idem ille quem jam citavimus) de dispensatione Apostolica blandiatur, cujus conscientiam Divina sententia tenet alligatam. Sed, quia pauci sunt in quorum conspectu est Deus, plerique vero qui sacra autoritate pro sua libidine passim abutuntur; fit, ut Lugdunensis Concilii, sub Gregorio X celebrati, non infalibus decretum, adverfus insolentiam ejusmodi hominum, in usum revocare cogamur: quo subnixi, cunctis, qui talibus diplomaticis fibi blandiuntur, necessitatem impone-

mus, literas suas Nobis exhibendi, visuris, num rite impetraverint, ac recte impetratis utantur. Et, ut quam maximè robustæ sint dispensationes istæ, curabimus tamen, ut menti Canonis ac summi Pontificis satisfiat: videlicet, ne animarum cura in his Ecclesiæ, Personatibus, seu Dignitatibus, quas sub hoc prætextu occupant, negligatur, nec Beneficia ipsa debitibus obsequiis defraudentur.

## C A P. XXXIV. In resignationibus ac permutationibus Beneficiorum, quæ cura adhibenda.

**P**Ostremo, quum Nobis haud clam sit, in resignationibus permutationibusque Beneficiorum, multa ancipitia perjuria committi ab his, qui frequenter subito ac non præmeditati, aut ipse aut per suos Procuratores (id quod ejusdem reatus ac culpæ est) jurejurando ante manus impositionem testantur, in hujusmodi resignationibus seu permutationibus nullam Simoniac labem aut aliam illicitam intervenisse corruptelam, cum res crebro longe fecus habeat, per quod illi gravem in se Dei iram procul dubio provocant: majori cura, diligenterique, quam antehac fieri confuevit, pervestigatione prævia, hæc juramenta recipi convenient.

## C A P. XXXV. Præstat, paucos esse bone nos quam multos inutiles Sacerdotes.

**E**T ut cum Divo Clemente hoc caput concludamus, Melius est Episcopo, paucos habere Sacerdotes ac Ecclesiæ ministros qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles qui onus grave Ordinatori adducant.

## C A P. XXXVI. De Visitatione ultimo loco dicendum.

**D**E Visitatione (quæ est altera muneris Nostræ Episcopalis pars) hic dicendi locus non fuerit importunus. Expedientius tamen erit, hanc partem in ultimam harum Syndicalium institutionum classem rejicere, quod illuc tractetur commodius majorique cum fructu, nimis traditis jam atque expositis regulis, ad quas oporteat, veluti ad amissim quandam Visitationem redigere, ordiri atque peragere.

## P A R S S E C V N D A.

## CAP. I. De Officio privato ac publico, vita que ac moribus Clericorum generatim.

*Hier. ad  
Nepot.*

**Q**ui exacte volet cognoscere Clericorum officium & vitam, is Divum Hieronymum ad Nepotianum, ac ceteros

Patres, non minus eruditione quam vita fanaticimonia claros, qui de hac re ex professo justis voluminibus scripsérunt, perlegat. Sat Nobis in præsentiarum erit, carptim quedam delibare, ex quibus Clerici Nostræ summarim deprehendant, quam longe lateque à recta semita

semita declinaverint, subindeque errores ipsi, tam periculose digressionis commoniti, pedem in viam mandatorum Domini referant. Quod ab illis pientissimus simul ac iustissimus Deus, quum, verbo haec tenus adhortans, parum profecerit, innumeris plagiis justissime immisso commonens, manifesto requirit.

C A P. II. *Vnde Clerici appellatio derivata.*

**N** Eminem fugit, unde Clerici appellatio derivata sit; nempe à κληρον, quod forte sonat. Propterea enim (si divo Hieronymo credimus) Clerici dicuntur, quia de forte Domini sunt, vel quia ipse Dominus, sors (id est, pars) eorum est. Quia ergo vel ipsi pars Domini sunt, vel Dominum partem habent, tales se exhibere debent, ut & ipsi possideant Dominum, & possideant a Domino, quo cum Propheta confidenter dicant: Dominus pars hereditatis meæ. Non quidem quod à forte Domini Laicos secludamus, (omnes enim, qui Christo per baptismum & fidem con corporati sumus, populus acquisitionis ejus sumus, de quo Propheta dixit: Pars autem Domini populus ejus, Iacob funiculus hereditatis ejus;) sed quod Clerici, peculiari quadam ratione, ministerio Dei & Ecclesie dedicati sint.

Omnis quidem multitudo sanctorum erat, attamen Dominus Tribum Leviticam suo ministerio peculiariter delegit, quam in terra Israël præter primitias, decimas, partesque immolatorum, ac reliqua que ipsis peculiariter lex dedicavit, nihil proprium possidere, nec habere partem inter fratres voluit. Dominus enim ipse est hereditas ejus; quam in hoc elegit ex omnibus tribibus, ut flet & ministret nomini ejus. Habet Euangelium suam Magdalenam, habet & Martham: & secrevit quosdam Christus, quos dedit Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem Corporis Christi. Breviter, à condito orbe, & ab Ecclesiæ, quæ in Adam coepit, crepundiis, semper videntur ex hominibus assumpti quidam, constituti pro hominibus in his, quæ sunt ad Deum. Semperque visum est genus humanum a duobus ministris Dei optime regi, quæ sunt, Sacerdotalis autoritas & regia potestas. Quibus quandiu inter se convenit, bene actum est de repub. Dei: quum secus, omnia in diversum repente mutata sunt. Ponit ob oculos sermo divinus pleraque exempla, huc spectantia, perpetuo memorabilia. Sed quid attinet antiqua repetere, quum nostri temporis exempla non minus insignia, non in aures tantum, sed in oculos ipsos, influant? quæ nimis abunde docent, quantum valorum in Ecclesiam Dei invexerit, sacra prophani miscuisse.

*Luca 10.  
I Cor. 12.  
Ephes. 4.*

*Hebr. 5.  
Gela.  
Pont. ad  
Anast.  
Aug.*

C A P. III. *Clericum suo Officio intentum esse oportere.*

**O**Mnis mali seminarium, cupiditas semper fuit. Nam, dum nemo suum peragit officium, alienis semper intentus, nempe Clericus quæ Laici, Laicus quæ Clerici sunt, (ut deteriora fileamus,) usurpat; fit, ut Ecclesiæ harmonia diutius constare non possit. Obtestatur Paulus Apostolus Timotheum, qui potius contestatur simul omnes quotquot erant Timotheo successuri: Tu, inquiens, *vigila*, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple.

C A P. IV. *Duplex Clericorum ministerium.*

**C**Lericis, & in primis Ecclesiæ Presbiteris, duplex ministerium, divinis & humanis legibus, est injunctum. Alterum, ut, in commissum sibi populum, Deum propitium habere, cunctis rationibus enitatur: quod non tantum sacrificiis solemnibus efficitur, sed etiam precibus, quæ à pio corde proficiuntur, teste Iacobo; qui nos ad precandum cohortans: Orate, inquit, pro invicem, ut salvemini; multum enim valet deprecatio justi affidua. Omnibus quidem dictum est: Petite, & accipietis. his vero, ut semper petant, nec pro semetipsis tantum, sed & pro tota Ecclesia Dei, ut vincat populus, qui sub ipsis est, hostes illos invisibilis, impugnantes eos qui volunt pè vivere in Christo; ut stent, sicut Moses, levatis semper interioribus animi manibus in cælum, in confractione, in conspectu Domini, ad avertendum iram ejus, ne disperdat populum suum affiduè precantem; deinde, ut offerant dona ac sacrificia pro peccatis; quemadmodum scriptum est: Quoniam sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen ejus. incensum enim Domini & panes Dei sui offrent, & ideo sancti erunt. Alterum, ut sint Religionis magistri, proindeque ut in lege Domini meditentur die ac nocte, ut judicia Domini vera, justificata in semetipsa, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, dulciora super mel & favum, totis præcordiis amplectantur, exquirant, scrutenturque; idque non propria præsumptione, aut humano sensu, sed Spiritu sancto dictante, qui abscondit hæc à sapientibus & prudentibus in oculis suis, & revelat ea parvulis. Vnde scriptum est: Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est. Qui in hoc secundo munere præstant, gregi Christi passendo admovendi sunt: de quibus suo loco dicemus.

C A P. V.

*v Tim. 5.*

*2 Tim. 4.*

*Iac. 5.*

*Matth. 7.*

*Exod. 17.  
Psal. 105.  
Hebr. 5.*

*Levit. 21.  
Psal. 18.*

*Ex decreto  
d. Clemente  
Matth.*

*II.*

*Mal. 2.*

CAP. V. *Biblia à Clericorum manibus nunquam deponenda.*

**H**IC satis est admonuisse omnes pariter Ecclesiasticis munis consecratos, ipsos precibus supplicationibusque publicis Deo persolvendis mancipari. Quas ut non tantum ore murmurarent, sed & corde persolvant, nunquam à manibus corum liber Legis (hoc est Biblia) deponatur. Nam ut, quæ legunt & canunt, discant intelligere, tota vita vix sufficerit: si tamen quid sit in literis sacris, quod totum humanus intellectus assuequi posse, aliis subinde divitiarum fonticulis ex eodem fonte semper scaturientibus.

CAP. VI. *De Horariis precibus indies perlegendis, & reformandis Breviariis.*

**V**ETERIS ergo instituti, quo sanctum est, ut Clerici, sacris iniciati, vel Sacerdottiis praesidentes, singulis diebus perlegant Horariis preces quas Canonicas appellamus, causæ multæ, & potissimum ex quas jam commemo-ravimus, videri solent. Hic multo jam ex tempore, pio (ut spes est) animo, desideravimus repurgari Breviaria. Nam cum olim à sanctissimis Patribus institutum sit, ut sole Scripturæ sacrae in Ecclesia recitarentur, nescimus qua incuria acciderit, ut in earum locum succellentia alia, cum his neutiquam comparanda; atque interim historiæ Sanctorum tam inculte ac tam negligenti judicio conscriptæ, ut nec autoritatem habere videantur nec gravitatem. Deo itaque autore, deque Consilio Capituli Nostræ ac Theologorum aliorumque piorum virorum, reformationem Breviariorum meditabimur.

CAP. VII. *Pro cuiuslibet affectu non facile novandum quid in Ecclesiastico officio.*

**S**VNT in Clero, zelum quidem Dei habentes, sed non secundum scientiam, qui, privatis quibusdam affectibus ducti, vel testamento vel (ut vocant) fundationibus efficiunt, ut nova festa, præter Ecclesiæ autoritatem, solemniter subinde celebrentur. Quo interim fit, ut preces Horariæ, ac reliqua publice recepta, pro affectu cuiuslibet facile noventur. Id quod nobis non satis probatur; neque enim errarunt Patres; à quorum institutis, in dicendis precibus, utinam tam longe discessum non fuisset. Quod si hic singulorum affectibus indulgebitur, tandem antiquus ritus penitus evanescet.

CAP. VIII. *Quo affectu Horarias preces persolvere oporteat.*

**N**ON suffecerit autem, preces istas Horariis utcunque permurmurasse: sed, ut conciliari constitutione caustum est, Presbyter ex intimo affectu, elevataque mente in folium Deum, nocturnum hoc diurnumque sua servitutis pensum exsolvat. Maledictus enim, qui facit opus Domini negligenter. Alioqui in precantes competit: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Quam maxime vero orantem cavere oportet, ne aliò respiciat quam ad Deum. Quod si externæ gloriae alicupandæ aut lucri gratia, denique potius ex more quam mente orare instituat, pars ejus inter hypocritas reputabitur, de quibus Dominus in Euangeliō pronunciavit, quod ament in Synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus, proindeque mercedem suam receperint. Et alibi, ipsis interminans: Væ, inquit, vobis, Scribe & Pharisei hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, oratione longa orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. Alibi quidem Dominus ait, oportere semper orare, ac nunquam deficere; sed alia prorsus ratione, quam precabantur Pharisei: nempe, secundum divi Pauli sententiam, qui divini numinis clementiam sibi conciliare voler orando, 1 Cor. 14. oculis interioribus in cælum semper intentis, orabit spiritu, orabit pariter & mente; psalhet spiritu, psalhet & mente: quemadmodum de Anna Samuelis matre legimus, quod, multipli-cans preces, coram Domino loquebatur in 1 Reg. 1. corde suo, tantumque labia illius movebantur, & vox penitus non audiebatur; effudit enim animam suam in conspectu Domini. Denique curandum est, ut peccantem animo, ac corde contrito humiliatoque, gratiae Deo dicantur, ac psallatur. ut enim divinus Psaltes ait: Pec-catori dixit Deus: Quare tu enarras justicias meas? & ea quæ sequuntur. utque oculi inter orandum ab omni vanitate avertantur.

CAP. IX. *Summa devotione, Missæ sacram celebrari oportere.*

**I**AM si tanto mentis ardore quælibet preces dicendæ sunt, quanta (putamus) devotione sacro-sanctum Missæ ministerium, in quo Corporis & Sanguinis Dominicæ Sacramenta tra-stantur conficiunturque, peragendum est? Certe graviter doleamus, atque animo inhor-escimus, ubi videmus passim, tantis mysteriis indigos, ac conductios illos ac indiguos Sa-cerdotes, publicis etiam ac manifestis crimini-bus contaminatos, se se (idque irreverenter, & interdum magis lucelli ac stipis, quam Dei causa) sacris ingerere, quorum instat interitus,

M & per-

*Ex Conc.  
Agathen.  
cum Pres-  
byters. Ex  
codem  
Conc. gen.  
c. dolen-  
ter, de ce-  
reb. Miss.  
Hier. 48.  
Esaias 29.*

*Matth. 6.*

*Matt. 23.*

*Luke 18.*

*1 Cor. 14.*

*1 Reg. 1.*

*Psal. 49.*

x Cor. II.  
& perditio non dormitat. Probet (inquit Paulus) se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini. Atque ideo (ut subdit) inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Nam, si nos ipsos dijudicaremus, non utique judicaremur.

C A P. X. Arguuntur, qui polluta mente  
ad Altare Domini accedunt.

Matth. 7.  
**T**erret, nec immerito, nos sermo Dominicus, qui vetat nos sanctum dare canibus, & margaritas nostras projicere ante porcos; quum quosdam leviculos Sacerdotes, illotis manibus pedibusque (ut in proverbio est,) audacius in haec sacratissima mysteria, quam in prophana, irrumpere comperimus. Quales sunt, qui humano affectu tantum, & potius ex more quam devotionis ardore, ad Altare accedunt, quorum polluta est & mens & conscientia; quos merito horrendum Euangeli exemplum (quod Ioannis 13 legimus in haec verba: Et postquam accepisset buccellam, introivit in eum satanas; & cetera quae sequuntur) ad meliorem vitam frugem, altioremque tanti mysterii contemplationem, revocaret.

C A P. XI. Revidenda Missalia ac  
Breviaria.

**P**Eciliaria Missarum argumenta, recens præter veterum institutionem inventa, etiam Patribus dislocuerunt; quod tantum mysterium pro affectu cuiuslibet tractari non debeat. Profas indoctas, nuperius Missalibus cæco quodam iudicio invectas, prætermittere per Nos licenter. Videbimur ergo operæ precium facturi, si Missalia perinde atque Breviaria pverideri curemus, ut, amputatis tantum superfluis & quæ superstitiosius invecta videri possint, ea tantum, quæ dignitati Ecclesiæ & prisca institutis consentanea fuerint, relinquantur.

C A P. XII. Quæ omitti aut decurtari  
vel Organorum vel Cantorum con-  
centu haud debeant.

**I**Am & illud non recte fit in quibusdam Ecclesiis, ut, ob Cantorum & Organorum concentum, omittantur aut decurrentur ea quæ sunt præcipua. Cujus generis sunt, recitatione verborum Propheticorum aut Apostolicorum quam Epistolam vocamus, Symbolum fidei, Præfatio quæ & gratiarum actio, atque præcatio Dominica. Quamobrem haec tota distinctissime ac intelligibiliter, ut cetera omnia (si tamen non levis decurrandi causa subsit) decantentur. Sit quoque cantus, quo Presbytero respondetur, æqualis, nec præcipitatus.

C A P. XIII. Quemadmodum Missa  
legenda.

**Q** Vi legit Missam, cum reverenda mode-  
stia, clare, distincte, & exerte, legat omnia usque ad Canonem; ut, qui audiendi facri causa adstat, quod legitur, intelligat, atque ad pietatem excitetur.

C A P. XIV. Quid post elevationem  
Eucharistie agendum.

**P**Ost Elevationem consecrati Corporis ac Sanguinis Dominicæ, in nonnullis templis canunt Antiphonas pro pace, aut contra pestilentiam & mortalitatem; cum potius tum videretur silendum, & ab omni populo mortis Dominicæ commemoratio habenda, prostratisque humi corporibus, animis in cælum erectis, gratiæ agendæ Christo Redemptori, Ephes. 5: qui nos Sanguine suo lavit, morteque redemit. Cantiones vero illæ contra mortalitatem seu eladem, aut pro pace, satius post finitam Missam canuntur. Quæ ut ad Deum dirigantur, excerptæ ex Canonica Scriptura plus placuerint; quales sunt Antiphonæ, Media vita, ac, Da pacem Domine; & similes: sic tamen, ut illis etiam, quæ gloriose Virgini Matri dicatae sunt, suus honos ac locus servetur.

C A P. XV. Organorum melodia, quem-  
admodum temperanda.

**O**Rganorum melodia in templis sic adhibetur, ne lasciviam magis quam devotionem exiterit, neve, præter hymnos Divinos ac cantica spiritualia, quicquam resonet ac præsentet.

C A P. XVI. Singulis Dominicis diebus,  
quæ ipsis peculiaria sunt, Officia dicenda.

**M**Os inolevit non admodum improban- De Conf.  
dus, ut diebus Dominicis, toto ferme dij. 3.  
anno, Officium Missæ vel de sacro sancta Tri- Sabbato 2. de fe-  
nitate, vel de Spiritu sancto, dicitur. Nobis riss.  
satius videtur, ut, quæ prisca Ecclesia singulis Ex Com.  
Dominicis peculiaria fecit, observentur. Quod Tribus. 2. de cu-  
si illorum loco alia usurpanda erunt, videbitur, leb. Miss.  
quod de Resurrectione Domini est, dici Do-  
minico magis convenire; quod dies illa potissimum 2. Recurrectioni dedicata sit. Neque  
ignoramus, non absque causa Concilio Tribu-  
riensi constitutum, ne, propter Missas pecu-  
liares, Missa, quam de feria vocamus, præter-  
mittatur.

C A P. XVII. Confessio, Missæ pre-  
ambulum, devote recitanda.

**C**Onfessio illa, Missæ præambulum, de-  
vote cum ministris, uno aut pluribus vi-  
cissim

cissim confitentibus, ac Sacerdotis absolutionem in verbo Christi, plena pœnitentis cordis erga Dei pietatem fiducia, recipientibus, recitanda. Ad omnes enim, Sacro adstantes, ea absolutio refertur, ut digne tantis mysteriis valeant interesse. Quamobrem, dum hæc fiunt, non sit minister accendendis luminalibus, aut aliis mentem avocantibus, (quæ prius facta oportuit,) intentus.

CAP. XVIII. *Cur Sacerdos in Altari ministrum habeat.*

Ex Conc. Tolet. c. 11. c. ut illud de conf. diff. I. De Conf. diff. I. hoc quoque.

**N**ec sine magna ratione in Concilio Toletano constitutum fuit, ut habeat quisque, canens Deo atque sacrificans, post se vicini solaminis adjutorem, ubi temporis, loci, sive Cleri copia suffragatur; idque propter morbos & casus diverlos qui occurrere possunt; quo is, qui impleturus Officia accedit, si aliquo casu turbatus vel in terram elitus fuerit, a tergo semper habeat, qui ejus vicem & Officium intrepidus exequatur. Aliis insuper Canonibus caveatur, ne Presbyteri, nisi duobus testibus præsentibus, celebret. Quæ decreta in quam desuetudinem abierint, in aperto est; nimis Presbyteris frequenter celebrantibus, talibus tantum adhibitis, qui vix ipsi respondere, nec, quid agatur, sciant.

CAP. XIX. *Omnis cultus Divinus summa cum veneratione peragendum.*

Ex concor. Lut. sub Greg. X. 1 Cor. 14. 1 Cor. II.

**I**n summa, cultus Divinus, quem Sacerdos in domo Dei exhibet, debita cum veneratione peragendum est, ut & Deo gratus sit, & insipientibus placitus; qui considerantes non solum instruat, sed & reficiat. Monet siquidem divinissimus Paulus, ut omnia nostra ordinare ac honeste fiant; ac acerrime increpat Corinthios, quod irreverenter convenient in unum, ad cœnam Domini manducandam.

CAP. XX. *De vita ac moribus Clericorum.*

Col. 3.

**N**unc, de vita ac moribus, paucis videamus. De vita instituenda, sic præcepit Paulus, ne dum Clericis, sed omnibus Christianis: Mortificate, inquiens, membra vestra quæ sunt super terram; fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulacrum servitus; propter quæ venit ira Dei in filios dissidentiæ. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam de ore vestro, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit illum, qui est omnia & in omnibus Christus. Induite vero vos sicut electi Dei,

sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Super omnia autem hæc, charitatem habete; quod est vinculum perfectionis; & grati esto: verbum Christi habitet in vobis abundanter. In omni sapientia docentes & commonetes vosmetipos, in Psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes & psallentes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis, in verbo aut opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum. Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus. Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus; ut sciatis, quomodo oporteat vos unicuique respondere. Omnis autem sermo malus ex ore vestro non procedat: sed, si quis bonus, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. De cætero, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque justa, quæcunque sancta, quæcunque amabilitia, quæcunque bona fama, si qua virtus, si qua laus disciplinæ; hæc cogitate; & Deus pacis erit vobis.

*Ephes. 5:**Col. 3:**Col. 3:**Philip. 4:**Galat. 6:10**1 Thes. 3:**Ezecl. 16:*

CAP. XXI. *Ob quam causam Clerici male audiant, ac puniantur.*

**O**lim Clericis, hæc Apostolica præcepta tenentibus, pax super illos erat. Quo ergo non tantum vinea, sed & vineæ cultores facti sunt in direptionem? Ecce (inquit Ezechiel, ad Hierusalem verba faciens) hæc fuit iniqüitas Sodomæ, fororis tuæ; superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium ipsius & filiarum ejus; & manum egoen & pauperi non porrigeant, & elevatae sunt; & fecerunt abominationes coram me; & abstuli eas, sicut vidisti.

CAP. XXII. *Præcipuae cause omnis mali tres.*

**P**ræcipuae ergo cause omnis mali sunt, fastus, luxus, & avaritia; à quibus Clerici potissimum male audiunt.

CAP. XXIII. *Ambitionem ac fastum Clericali officio maxime repugnare.*

**V**T omnem ambitionis radicem Christus discipulorum cordibus eximeret, parvulum in medio illorum statuit, deque primatu certare prohibuit. Qui major (inquit) est in vobis, fiat sicut junior; & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis major est? qui recumbit? qui ministrat? nonne qui recumbit? Qui vero ignorat, Clericum in medio Ecclesiæ esse

*Matt. 18:**Lucas 22:*

Hieron.

tanquam eum qui ministrat? Quare meminimus potius officii nostri, quam dignitatis. Neque enim ad dominationem vocati sumus, sed ad opus. Non immerito Hieronymus, ut peltem quandam, fugiendos Clericos ait, qui, a speluncis domorum paternarum abstracti, & post in Ecclesia sublimati, ac Sacerdotiis ditati, vanæ gloriae & superbiæ stimulis efferruntur.

CAP. XXIV. *Omnis luxus Clerico interdictus.*Hieron. in  
Mich. c. 2.Matt. 8.  
13. 22.  
25.  
Ex Conc.  
gen. de  
vit. & ho.  
Cleric. c.  
A crapu-  
la.Ephes. 5.  
Rom. 13.  
Prov. 20.

**B**atus Hieronymus, Ecclesiæ præfectoris, qui luxu ac deliciis affluunt, Micheam describere afferit, quod ejiciendi sint de spatiois domibus, lautique conviviis, & multo labore conquitis epulis, in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. Vivere quidem de Altario Sacerdoti licet, luxuriari non permittitur. A crapula itaque & ebrietate, à compotationibus illis ad haustus æquales, à luxu, ab alea, ab immoderatis sumptibus & comedationibus, Concilium generale Clericos revocat univerbos, sequutum veteris Testamenti institutum, quo ministris Templi vinum & sicker prohibebatur, ne ebrietate gravarentur corda eorum, & ut sensus eorum semper vigeret & esset tenuis. Et Apostolus ait: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; sed impleamini Spiritu sancto. Et iterum: Non in comedationibus & ebrietatibus; & quæ sequuntur. Atque alibi Salomon: Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit sapiens.

CAP. XXV. *Clerico non licere vel cauponem agere, vel tabernas, nisi necessitatis causa, intrare.*Ex Conc.  
Agath.  
Laodic.  
Carth.  
ult.Ex Conti-  
lio Vien-  
nensi.

**O**lim tanta honestas desiderabatur in Clerico, ut ne nuptialibus quidem conviviis ipsis interesse liceret, nec immisceri spectaculis ac coetibus, ubi amatoria cantantur, aut obscenæ motus corporis, choreis, & saltationibus efferuntur; ne auditus & intuitus, sacris mysteriis deputatus, turpium spectaculorum atque verborum contagione pollueretur. Quid, si vidéret Ecclesia illa præfica, Clericos nostri temporis tabernarios, tabernisque (quasi domos non haberent) noctu diuque aligitos? quam execraretur facinus! Posthac ergo non solum nullus ex Clero fordidissimum cauponem aut tabernarium agat, sed ne ad tabernas quidem, nisi necessitatis causa, divertat: alioqui poenæ Canonice imminent ei, qui Ordini suo hanc ignominiosam notam inurere tentaverit.

CAP. XXVI. *Habitus seu exterioris corporis cultus modestia à Clericis exigitur.*

**B**eatissimus Paulus habitus modestiam & in mulieribus desiderat; quem vult verecundum esse, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa; sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Itidem Apostolus Petrus eas commendat, quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Quam turpis ergo putanda est in Clericis, tanto gradu sublimioribus, deformissima illa ac frequentissima nostræ tempestatis habituum variatio, quam ne inferiori quidem vasculo Apostolorum Principes permittandam duxerunt! Ex veste apud homines sanctimoniae opinionem aucupari prohibuit Christus, qui, in omnibus operibus nostris, id quod intus est, primum respicit, mundari que jubet; deinde, quod deforis est; Væ illud horrendum Pharisæis hypocritis intermedians, qui, ut viderentur ab hominibus justi, dilatabant phylacteria sua, & magnificabant fimbrias, cum essent intus pleni rapina & imunditia. Interim tamen Euangelium non temere vestimentum Ioannis Baptista, quod illius professioni ac menti respondebat, de pilis camelorum contextum, celebrat; ac ipse Christus vestium mollitiem ac lenitatem averatur; Ecce, inquietus, qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Quæ omnia hoc spectant, ut velimus Clericos, præter indiciam tonsuram, vestes quoque suo Ordini congruentes deferre, quemadmodum olim generali Concilio cautum est. Pudet siquidem nos, cum videmus prodire Clericos, perinde atque seculi milites, amictos, vel qui sint ut fœmina compti. Itidem pannosi Clerici ac vestibus laceri displicant. Neque enim affectatæ fordes, aut exquisitæ deliciæ, laudem pariunt.

CAP. XXVII. *Mali exempli est, Sacerdotem se venditare in Capellatum delicato Laico aut mulierculæ.*

**M**agna eorum levitas est, in magnam Cleri ignominiam redundans, qui se Laicis, atque adeo delicatis fœminis, ventris causa, in Capellanos (ut appellant) atque Anteambulones venditant. Qui enim debebant esse gregis Duces, rediguntur in caudam, & fordidissimis quibusque negotiis alligantur. Proh nefas.

CAP.

CAP. XXVIII. *Suspecta mulierum cohabitatio Clericis interdicta.*

*Ex Concilio Ni-*  
*ceno.* **N** Iceno Concilio, neque Episcopo neque Presbytero neque Diacono neque ulli Clericorum omnium, habere secum mulierem extraneam, permittitur; nisi forte mater aut soror aut avia vel amita vel matertera sit. Nos (si tamen haec tempora tantam severitatem pati non videntur) faltem suspectam cohabitationem prohibemus.

CAP. XXIX. *Avaritia in Clero execrabilis.*

*Ex Concilio Mo-*  
*gunt.* **E**X quo in Ecclesia Dei avaritia crevit, per-  
riit lex de Sacerdote, & visio de Propheta; quemadmodum divus Hieronymus ad  
Ezech. 7. Rusticum Narbonensem ait. Nec mirum,  
Hieron. ad quod nemo possit servire Deo & Mammonam: aut enim unum odio habebit, & alterum dili-  
get; aut unum sustinebit, & alterum con-  
temnet. Vbi est enim thesaurus tuus, ibi est  
Matth. 6. & cor tuum. Habentes autem alimenta &  
I Tim. 6. quibus tegamur, quisque secundum suæ voca-  
tionis rationem, his contenti simus.

CAP. XXX. *Honesto artificio vi- etum querere Clerico licet.*

*Ex Concilio Carthago.* **Q** Vibus non suppetit ex Sacerdotio, ho-  
Cler. vid. nesto artificio viatum querant, se-  
91. dist.

quuti divi Pauli exemplum: sic tamen, ne  
fordidam aliquam artem, Sacerdotio ignomi-  
niosam, exerceant.

*Acto. 18.*  
*Ephes. 4.*  
*I Cor. 4.*  
*2 Tim. 2.*

CAP. XXXI. *Clerici ne mercatores sint, multo minus fœneratores.*

**N** Emo, militans Deo, implicet se negotiis  
secularibus, ut ei placeat cui se probavit.  
Quare multa providentia olim vetitum est, ne  
Clerici vel Monachi, mercatores (tacemus  
fœneratores) sint, lucri causa.

*In Conca-*  
*Mogunt.*  
*et I. Ne*  
*Cler. vel*  
*mo. c. fo-*  
*eo tit.*

CAP. XXXII. *Damnantur Clerici super- stitiosi, scurræ, curiosi, ac leviculi.*

**R** Eperiuntur, qui superstitioni divinatio-  
nisbusque ac fortibus dediti sunt; quos  
damnamus. Sunt, qui scurras in conviviis di-  
vitum ac potentum agunt; qui, quum male  
fecerint, gloriantur & exultant in rebus pessi-  
mis: qui digni non sunt, ut Clerici appellen-  
tur. Sunt curiosi & leviculi, qui in foris, in  
compitis, in plateis, in vicis obambulant, va-  
gis oculis, effreni lingua, petulante fluidoque  
incepsu, & levitatem animi impudentiamque  
mentis ostendunt: quos aversumur. Eos vero  
tantum & re & nomine Clericos reputamus,  
qui legem Dei die noctuæ meditantur, mu-  
nus suscepimus debite exequuntur, ac vitam  
agunt Sacerdotio dignam.

*In Conc.*  
*Agat. 7. et*  
*quam sit*  
*grave. de*  
*excess.*  
*Pralat.*

*13. dist.*  
*c. his*

## PARS TERTIA.

CAP. I. *De Metropolitanis, Cathedra- libus, & Collegiatis Ecclesiis, & his ministrantibus.*

**Q** Vum Metropolitana seu Cathedra-  
lis Ecclesia Sedes fit Episco-  
pi, principemque locum in Cle-  
ro obtineat, nequaquam postre-  
mum in Reformatione locum  
obtinere debet. Nisi enim ea Ecclesia præ-  
beat omnibus que in tota Provincia aut Di-  
cesi constitutæ sunt, frustra intendimus re-  
digere in ordinem Ecclesiastice disciplinæ  
cæteras.

CAP. II. *De Officio Decanorum.*

**P** Orrò, quum Collegiata Ecclesia secunda-  
riæ sint post Cathedrales, & instar illarum  
(quod ad ordines ministrantium, Divinitumque  
cultum, attinet,) constitutæ; utrobique Deca-  
nis curæ erit, ut Cleros suos ad observationem  
piorum rituum provocent ac reducant; ut, ad  
agendam vitam Clericis dignam, perpetuo co-  
hortentur ac impellant; ut à negotiis, à tumultu-

tibus mundanis revocent, ne magis seculi-  
quam Christi milites videantur; ut comedatio-  
nibus, ebrietatisbus, ac omni luxui interdicant;  
denique, ut suo officio satisfacere compellant.

CAP. III. *De Officiis in ejusmodi Ec- cleesiis ministrantium, generatim.*

**S**VNT in hisce Ecclesiis diversi ministrantium  
gradus; nempe Præpositi, Decani, Archidiaci-  
coni, Scholastici, Cantores, (qui & Chori-  
episcopi,) Thesaurarii, (qui & Sacrifice seu  
Custodes,) Canonici, Vicarii, atque id genus  
alii. Interpretetur quisque vocabulum suum,  
& curet esse quod dicitur, secundum veterem  
Patrum institutionem ac regulam. Atque eo  
solo fecerint, ut, cum Nostræ, tum omnium  
piorum expectationi magna ex parte respon-  
disse videantur.

CAP. IV. *De Canonicorum vita & officio.*

**V**T de Canonicis dicamus paucis; respon-  
deat eorum vita titulo, respondeat no-  
mini: sicut re ipsa, ut sunt nomine, Canonici,  
M. 3 id est,

*Autor. 4.* id est, Regulares. Neque enim clam est, pri-  
mam eorum originem Monasticae disciplinæ  
fuisse. Imitentur Apostolos & nascentis Ec-  
clesiae ministros, quorum erat cor unum &  
anima una; qui quotidie (ut in Actis Apostoli-  
cis legimus) perdurantes unanimiter in tem-  
plo, & frangentes circa domos panem, sumen-  
tibus cibum cum exultatione & simplicitate  
cordis, perseverantes in orationibus, collau-  
dantes Deum, & habentes gratiam ad omnem  
plebem. De tali conventu Psaltes dixit: Ecce  
quam bonum & quam jucundum, habitare fra-  
tres in unum. Qui &, compellans ac provo-  
cans ejusmodi conventum, ait: Ecce nunc  
benedicite Domino, omnes servi Domini; qui  
statis in domo Domini, in atris domus Dei  
nostris. Porro Ecclesiae istæ Collegiatæ quan-  
dam vetustatem spirant, & Ecclesiae primiti-  
væ institutum præ se ferunt; quod vel forma  
ædificiorum ostendit, quæ Canonicos, pro-  
pe templum, in unum pene habitaculum col-  
locavit, ut, procul à promiscua multitudine  
separati, Divinis pariter laudibus jugiter insi-  
sterent.

*Autor. 2.*

*Psal. 133.*

*Ibid.*

C A P. VI. *Inter sacra nihil ne cogitan-  
dum quidem, quod Dei aut Ecclesiæ  
oculos offendat.*

L Onge vero abominabile est, quod qui-  
dam tum, cum Divina aguntur, inter fœ-  
de rebus prophani tractant, miffationes,  
colloquia, ritus & cachinnos intermiscent.  
Quidam, aut in aliquem Chori angulum se re-  
cipientes, de nugis, ne quid gravius dicamus,  
commentantur; aut foris per templum ma-  
gno cum populi offendiculo deambulantes,  
oculos pariter & aures ad vanitatem conver-  
tunt, atque sacra loca fœdant, positi in lapi-  
dem offensionis & petram scandali. Hac lege  
nullum excipimus, five claris sit natalibus pro-  
gnatus, five plebejus. Quin potius, qui gene-  
re præstant, meminerint, le illic Canonicos  
agere, & conversari, non in aulis, sed in scho-  
lis virtutum ac Ecclesiasticae disciplinæ.

C A P. VII. *Decani templi summi pot-  
estas in prævaricatores.*

F Acimus quoque Decano Ecclesiæ Nostræ  
potestatem, personas Ecclesiasticas, ex aliis  
Collegiatis Ecclesiæ, interdum magis curiosi-  
tate rerum novarum quam devotionis causa,  
ad templum summum le recipientes, ac inibi,  
præter omne decorum, saepe etiam Ecclesi-  
astico habitu non amictas, inter Laicos sursum  
ac deorsum inambulantes, pœna Canonica,  
nimirum suspcionis temporariae, aut majori  
etiam, pro ratione culpæ, coercendi.

C A P. VIII. *Quem oporteat esse vesti-  
tum ministrantium in hisce Ecclesiæ.*

D E vestitu Clericorum ante diximus, qui  
in his tanto debet esse decentior, quanto  
sunt altiori loco, perindeque atque in speculo  
quodam constituti. Sit ergo chorum ingre-  
dientibus vestis talaris, sint pilei, (quæ bireta  
vocabus,) sint camisiae, sint denique calcei pa-  
riter & caligæ tales, in quibus non fastus, ja-  
ctantia, elationis vitium, vel mentis levitas, sed  
Clericalis Ordinis honestas & modestia, de-  
prehendatur. Siquidem ita semper visum est  
majoribus nostris, externum habitum, quid  
intus crepet, designare; adeo ut & leges Ci-  
viles injuriam, matronæ, habitu meretricio  
utenti, illatam, non vindicent; ac Canones Hon. 3.  
Clericum, non alligatum conjugio, habitum ac  
exparsitate tonsuram Clericales deserentem, post tertiam  
de priu. monitionem; Clericum vero conjugatum, sta-  
tum, Privilegio exnant Clericali: adeo ut, sic in  
maleficis deprehensi, animadversionem civi-  
lium Magistratuū non evadant. Ne autem post  
hoc quispiam excusationem non facta aut præ-  
via monitionis prætextat; hac Nostra Synodali  
privile-  
confi-

constitutione omnes. (quotquot sunt in Nostris Diœcesis constituti) Clericos, qui habitu minus decenti utuntur, monemus, ut intra tres menses, quorum singulos pro singulis dilationibus, tertium vero uti peremptorium terminum præfigimus, habitum qui Clericos deceat, reallumant; alioqui ipso facto, nulla posthac alia monitione expectanda, in censuras ac poenas constitutionum Canonicarum incursum.

CAP. IX. *Decani undique ad vigilabunt.*

**Q**uo ergo hæc, quæ diximus, repurgentur, ac debite simul cum omnibus aliis, ac Divini Officii prosecutionem ac Chori disciplinam spectantibus, obseruentur, Decanus diligenter invigilabit, hinc & hinc circumspiciens, ne quid inordinate fiat.

CAP. X. *Ante omnia vero, ut Canonicis sacris ad sint.*

**C**Vi ante omnia curæ erit, ne quis Canonicorum sacris absit, sed ut, qui emolumen-  
tum ferre volent, Officium quoque suum, propter quod beneficium datur, in Ecclesia gerant. Aurelianensi Concilio cavetur, Clericos, qui Officio aedes contemnunt, Ecclesiasticam disciplinam arbitrio Episcopi recepturos. Sed facile castigabitur hic lapsus, si negligentes, subtractione proventuum seu distributionum, mulcentur. Quare, qui ab Epistola lectione, exinde toti Missæ, & à primo psalmo, singulis horis Canonis integris, ac minime truncatis, ac minime interpellatim (nisi forsitan necessitate avocante, petitaque ac obtenta licentia,) non interfuerit, iustum est, ut hic illius Horæ aut Officii stipendio in totum careat.

CAP. XI. *Vicarii, ut divinis laudibus decantandis intersint, adigendi.*

**Q**vi Vicarii dicuntur, in quibusdam Collegiis se in libertatem quandam potius carnis, quam spiritus, vindicare contendunt, nolentes Choro, decantandisque, simul cum Canonis, Divinis laudibus ac sacris, esse additi: sed hi resipiscant, ac incipiunt intelligere, cur Vicarii dicuntur; Superpellicies quoque utantur. Cujus enim vices gerent, nisi Canonis adjutores accedant? horum nimis vice, qui, vel adversa valetudine detenti, vel negotiis necessariis avocati, interesse non possunt. Cur tandem superpellicies utentur, qui Chori sacris se mancipatos non agnoscent? In ordinem ergo Disciplinæ redigantur; suspensionisque poena, etiam à fructibus, nedium quotidianis illis qui distribuantur, sed

à grossis etiam, pro culpæ modo, animadver-  
tendum in non parentes.

CAP. XII. *Ad personalem residentiam cogendi, quibus hæc per fundationes beneficiorum est imposta.*

**Q**VORUM fundationes personalem residen-  
tiam requirunt, illi aut ipsi resideant,  
aut a proventuum perceptione suspendantur,  
& fructus illi in alios pios usus convertantur;  
nisi qui Reipub. cauta ex autoritate Nostra  
abfuerint.

CAP. XIII. *Lucri tantum causa sacris adesse non oportere.*

**V**TINAM optando à Deo Opt. Max. conse-  
qui possimus, ne quisquam lucri causa di-  
vinis interestet, alioqui non accessurus sacra;  
veluti quem nummi magis, quam Dei amor  
in templum trahit; quæcum pietatem esse put-  
tans: qui, non dubium, ex numero eorum est,  
de quibus Esaias dixit: Omnes diligunt mu-  
nera, sequuntur retributiones. Nec multum  
is abest (uti plerisque doctissimi viris placuit)  
ab horrendo crimen Giezi, qui exstinxavit,  
divinum munus pecunia redimendum. Quare  
viderint Clerici Nostri, ut eorum mens & in-  
tentio tota in Deum referatur, ut cum David  
confiteantur Deo in directione cordis, ac in  
labiis suis pronuncient omnia judicia oris  
ejus: in via etiam testimoniorum Domini de-  
lecentur sicut in omnibus divitiis. Optan-  
dum, ut Psalmus ille centesimus decimus  
octavus, qui toties non sine causa in Ecclesiis  
replicatur, ore simul & correspondente singu-  
lari verbis mente decantetur; & cum eodem  
Psalte ex animo dicatur: Voluntarie sacrifi-  
cabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine,  
quoniam bonum est. Non admittit Christus,  
sed decernit, operanti, suam mercede: Dignus  
est enim operarius mercede de sua. Et qui Altar-  
ario defervit, de Altario & vivet. Sed in-  
terim cogitare debet Clericus, se vivere non  
ut edat, sed edere ut Christo vivat, habereque  
semper mente reconditum Christi verbum:  
Primum quærere regnum Dei, & justitiam  
ejus; & hæc omnia adiicientur vobis.

*Isaia 1.*

*4 Reg. 5:*

*Psalms 118.*

*Psal. 53.*

*I Cor. 9.*

*I Tim. 3.*

*Matt. 6.*

CAP. XIV. *Capitula discipline qua-  
liter observanda.*

**C**APITULA vero Disciplinæ (quæ vocant)  
multo majori diligentia obseruentur, at-  
que hactenus. Id ita fiet, si non tam propheta  
quam res sacræ in his tractentur; si de  
mortibus inquiratur; si vita expendatur singu-  
lorum; & quod olim sancti Patres fecisse  
dignoscuntur, extemporali oratione inter-  
duum commonerentur fratres, & imprimis ad  
*Ioan. 4.*

*sacras*

*M 4*

## 140 CONCILII PROVINC. COLON. AN. M D XXXVI

*Ex Con-*  
*cil. Agat.* **S**acras literas capessendas instigarentur, atque, ut in his optimas horas collocarent, incitarentur; quod hic reperiatur fons vite scaturiens, ex quo qui haurit, non sit in æternum; hic thesaurus Euangelicus, propter quem oportet vendere univerla, reconditus fit, ex quo prudens ille paterfamilias profert nova & vetera.

*Matt. 13.*C A P. X V. *Officium Decani in  
rebellis.*

*Ex Con-*  
*cil. Agat.* **S**I quos Decanus rebellis cernat, si divini cultus atque sui Officii negligentiores, si rixosos, si litigiosos, si percullores, si aleatores, si scorta foventes, aut aliis publicis criminibus irretitos, atque hi fraternam correptionem audire reculaverint, agat in his Capitulis quod jubet Paulus: Peccantes, coram omnibus argue. Tum, si resipiscere nolint, arceat a sacrâ, prohibeat participare fructus, donec ad meliorem vitâ frugem revertantur; sic tamen, ut hic servetur regula Apostolica: Corripite inquietos, confolamini pusillanimes; patientes effete ad omnes. & neque ira, neque odium, neque rancor ullas sibi partes vendicent. Nam illa præpositorum sollicitudo est utilis, illa cautela est laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor nihil sibi vindicat. Ira enim sepe etiam innocentes ad crimen inducit.

*Ex Tim. 4.*

*Innocent.*  
*Pap. II.*  
*Gregor.*  
*ad Mau.*  
*Imp. cilla*  
*II. q. 3.*

Dum enim justo amplius irascimur, & volumus aliena coercere peccata, graviora committimus. Per hæc tamen Nostris ac Ecclesiæ Provinciæ Nostræ privilegiis ac legitimis consuetudinibus, & præsertim mori ac confuetudini quæ in aliquibus Ecclesiis est, nempe ut cause disciplinæ per Diaconos dijudicentur, nihil præjudicamus: modo tamen Diaconi, ad requisitionem Decani, suo officio gnaviter ac strenue incumbant ac satisfiant. Quod si Decanus & Capitulum, negligentes aut eisdem criminibus irretiti fuerint, ad juris communis dispositionem redire necesse erit.

C A P. XVI. *Contentiosi, ad pacem  
& concordiam, per Decanum &  
Capitulum revocandi.**Gen. 4.*  
*Gen. 37.**Ioan. 13.*

**I**NVIDÆ detractionisque vitium, longe omnium pestilentissimum, in Collegiis non est novum; quod humani generis hostis inter fratres serere semper conatus est; quemadmodum de Abel & Cain, de Ioseph & fratribus ejus legimus. quin parum aberat ab omnium sanctissimo illo Collegio, nempe Apostolico, nisi pacificator Christus Iesus intercessisset, ac Satanam repente ejecisset. Hinc sepenumero in Clero rixæ, jurgia, & injuriaæ nascentur. Hinc multæ false criminationes, emulationes, obrectationes & delationes oriuntur. Et fit lingua, ordinata in laudem Dei, inquietu-

*Ex Con-*  
*cil. Agat.* **lum, plena veneno mortifero. fit denique, ut, in qua benedicimus Deum & Patrem, in ipsa maledicantur homines qui ad imaginem & similitudinem Dei facti sunt; atque ex eodem ore procedat benedictio & maledictio. Non oportet, inquit divus Iacobus, fratres mei, hæc ita fieri: sed, qui sapientes & disciplinati inter vos, ostendant ex bona conversatio-ne operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Nam, si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse adversus veritatem. Non enim est ista sapientia de sursum, descendens à Patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio est, ibi inconstantia & omne opus pravum. Quæ autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis; non judicans; sine simulazione. Fructus enim justitiae, in pace seminatur facientibus pacem. Proinde, si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio. Hæc ille.**

*Ex Con-*  
*cil. Agat.*C A P. XVII. *Pæna adversus conten-*  
*tiosos pertinaces.*

**A**Gathensi Concilio constitutum est, ut, *Ex Con-*  
*cil. Agat.* **Ex quicunque odio aut longinquæ inter se** lite dissenserint, & ad pacem revocari nequivent, primitus arguantur; qui si inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de Ecclesiæ cœtu justissima excommunicatione pellantur. Decanus ergo, ubi viderit, intercedere inter fratres dissensionis materiam quæ fraternam dirimat charitatem, hujus Canonis autoritate utatur; ac, pro pace farcienda conservanda, Capituli sui consilium atque auxilium imploret; quod invicem libenter praestabunt, cuiuscunq; odio vel amore longe postposito.

*Ex Con-*  
*cil. Agat.*C A P. XVIII. *Quo tempore, Capitu-*  
*lorum quotidianorum Conventus*  
*observandi.*

**Q**UOTIDIANI Capitulorum Conventus, aut maturius sub lumen Missam, aut statim post illam, servandi sunt, ne ob illos Divinum Officium vel suspendatur vel præcipitur, vel denique ab ipsis Canonicis negligatur. Debet enim Dei causa omnibus aliis anteponi.

C A P. XIX. *Volumina statutorum  
revienda.*

**H**ABENT fere, quotquot sunt Cathedrales ac Collegiate Ecclesiæ, suum volumen peculiarium statutorum, quæ interdum pro affectu privato cuiuslibet augmentur ac cre-scunt.

Hono. 3.  
super pe-  
cul. de  
magis.

scunt. Inter hæc reperias quamplura, quæ quæstum magis quam pietatem resipiant, & ad inæqualitatem potius quam æqualitatem faciant; unde discordia inter fratres (uti fieri solet) frequenter alitur, concordia vero scinditur laceraturque. Et, quantumvis pleraque inter hæc iniqua reperias, adiguntur tamen omnes, qui recens admittuntur, ut ad ejusmodi statutorum observationem (etiam penitus ignari, quid contineant illa,) citra ullum delectum jurejurando seefe alligent; quum tamen juramentum non debeat esse iniquitatis vinculum, nec ad ignorata extendi. Operæ precium itaque Nobis videtur, hujuscemodi statutorum volumina inter visitandum excutere, &c, qua Euangelicæ puritati, atque fraternæ charitati, denique disciplinæ Ecclesiastice, minus consentanea reperta fuerint, referare; cavereque, ne posthac ulla nova statuta in ejusmodi Ecclesiis (nisi tamen Noster accelerit calculus) edantur.

CAP. XX. In Capitulis, à juramentorum facili exactione temperandum.

Math. 5. **E**T quum Christus tam serio jurandi facilitatem prohibuerit, ut, nisi necessitate veritatis, alioqui periclitandæ, cogamur, omnino non jurare debeamus; coercenda est illa immoderata in Capitulis juramentorum exactio, per quam necesse est ut multi in anticipata peruria corruant; quorum non tantum illi qui pejerant, sed & qui causam perjurii temere exigendo præstant, rei sint. Nam Christi verbum est: Sit sermo vester, Est, est; Non, non; quod his amplius est, à malo est. Et in Ecclesiastico legimus: Vir, multum jurans, replebitur iniquitate; & non discedet à domo ejus plaga. Si nosipos dijudicaremus, non utique judicaremur.

c. & si  
Christus.  
de jure-  
jur.

Ead. 32.

1 Cor.  
11.

CAP. XXI. Inter visitandum, de moderandis annis, qui Expectantiae appellantur, videndum.

**N**VM annos, qui Expectantiae appellantur, moderari possimus, videbimus inter visitandum; quando Nobis vel id maximè curæ erit, ut, qui recens acceſſerunt Canonici, aliquot annis, de consensu Capitulorum suorum, bonarum ac potissimum sacrarum literarum studiis, in Academia aliqua publica & bene Christiana, incumbant; utque consequantur illos interim redditus Præbendarum suarum, quotidianis distributionibus tantum exceptis, aut portione ejusmodi personis, juxta Ecclesiarum statuta & consuetudines, affixata. Multum enim refert, viros doctos esse in Ecclesia Dei, qui veluti splendor firmamenti fulgeant, & tanquam stellæ in perpetuas æ-

ternitates mansuri, ad justitiam plurimos valent erudire. Indignum ergo, studio tam frugifero intentos, ac in vinea Domini operantes, diurno denario fraudari; modo tamen testimonium exhibeant magistrorum, quod totos illos annos rectis operantur dederint disciplinis. Per hæc tamen Canonis inducias, quæ se latius porrigit, nolumus coarctare.

CAP. XXII. Non oportere, à Canonicō, recens admissō, pecuniam statutariam duplicatam, ob antecessorem, exigi.

**N**EC ferendus Nobis diutius videtur mos ille irrationabilis, quo, ad unam Præbendam receptus, ob suos in eadem Præbenda antecessores non receptos, (à quibus Ius non habet, sed potius à conferente vel instituente,) pecuniam statutariam sœpius exsolvore compellitur. Nec ignoramus, quosdam Decanos & Capitula in eo esse, ut hæc pecunaria onera (qua, recens recepti, contra facrorum Canonum dispositionem gravantur,) indies novis quibuldam adinventionibus graviora, ac tandem importabilia efficiant, quod penitus improbamus.

c. non de-  
bet. de  
reg. jur.  
in 6.

CAP. XXIII. Communi necessitatē Ecclesiæ, communi contributione consulendum.

**Q**UOD si fabricæ aut alia necessitas Ecclesiæ immineat, satius est, ut, quod in communem verteretur utilitatem, ex communibus redditibus desumatur, quam ut quis privatim gravetur. Euangelicum præceptum est, in quo universa lex consistit & Prophetæ: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Et: Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Ad hanc regulam, veluti ad Lydium quendam lapidem, omnes actiones suas, cum omnes Christianos, tum viros Ecclesiasticos, redigere, æquum est pariter ac necessarium.

Matt. 7.

CAP. XXIV. Tribunalia extra tempora collocanda.

**C**VM in quibusdam nostris templis, jurisdictiōnis Ecclesiasticæ officiales pro tribunali sedeant, ad quod interdum multo cum tumultu concurritur delitigaturque; visum Nobis est, ut hæc tribunalia foris, intra tamen Ecclesiarum pomaria, collocentur. Cordi siquidem Nobis est, ut, quæcumque Divinum Officium perturbare posse aut Divinæ Majestatis oculos offendere, è templis eliminentur; ne, ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut apprehendantur peccata committi.

Ex Cone.  
Lugdu. c.  
decet de  
imm. ec.  
Cle. lib. 6.

CAP. XXV.

C A P. XXV. *Optandum, ut deambulationes in hisce Ecclesiis prohiberi possint.*

**A**Tque utinam commode deambulationes etiam illas Laicorum, qui ad Cathedrales ac Collegiatas Ecclesiis sola rerum novarum curiositate ducti confluunt, ibidemque nihil minus quam de rebus sacris, quæ inspectantibus illis aguntur, cogitant, submovere possimus. Grande equidem putamus piaculum, tam veneranda mysteria, quibus adstat Deus, & inter quæ Christi-Corpus & Sanguis conficitur, tam irreverenter haberi. Tacemus, quod dominus Dei contemnit, de qua Christus ejecitementes & vendentes, & non sinebat ut quis transferret vas per templum, & dicebat docens: Nonne scriptum est, Domus mea, dominus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum? Dupli cura hic videbitur opus; tum, ut prædictores verbi Dei ex suggestis populum ab istis deambulationibus ex Scripturis deterreant, tum ut Magistratus civiles huic rei corrigendæ Officium accommodent, cum quibus hac de re agemus.

Marc. II.

C A P. XXVI. *Theatrales ludos non inferendos templis.*

Inno. 5. c.  
cum deco-  
rem. de  
vita &  
ho. Cleric.

**O**LIM theatrales quoque ludi & larvarum ludibria inferebantur templis; pessimo quidem exemplo, adeo ut provifione Canonica, quæ hic teterrimus abusus aboleretur, opus fuerit: quem ex nostris Diaœcisis jam, ut speramus, ejectum gaudemus.

C A P. XXVII. *Cujusdam abusus abrogatio.*

**I**N quibusdam Collegiatis Ecclesiis ad summum Altare, non ordinarii sed mercenarii Clerici, Presbytero, sacra peragenti, ministri adjunguntur; qui tamen Officio suo satisfaciunt minus, quam ab Altari ad subsellia ex quibus succinitur, à subselliis rursus ad Altare, multum incomposite subinde discurrunt. quod fieri non oportuit, maxime in Ecclesiis illis, quæ ordinariis personis abundant, & quorum ministri copiosis redditibus sunt diti. Nam omnis occasio contemptus & scandali, promiscuo vulgo admenda est.

C A P. XXVIII. *Processionum Collegiarum Ecclesiarum, quæ ad maiorem fiunt, moderatio.*

Agath. c.  
63. &  
64.

**P**rocessiones Ecclesiarum Collegiarum ad summum templum, quæ diebus maximè celeribus ac festis fiunt, proculdubio institutæ sunt causa conueniendi illuc ad Missas

Episcopales, desiderioque recipiendi communionem, vel benedictionem Episcopalem. jam, quum isti conventus, speciem quidem antiquitatis, & nihil præterea, repræsentent, immo perniciose evagationis materiam & crapulæ occasionem diebus illis sacratissimis prestant; illas Nobis eatenus abrogare visum est, ut Collegia in Civitate Nostra Coloniensi, in quatuor illis summis anni festis, ac diebus celebris sequentibus, quæque in suis Ecclesiis Divinum Officium statim horis reverenter solemniterque concelebrent ac peragant; neque his diebus, nisi quum Nos in summo templo Nostro præsentes erimus, collegialiter accedant. Nam, quantula sit devotio Collegiorum quæcum accidunt, quis Dei cultus ac veneratio, satis in aperto est. Tacemus, quod interim apud ipsas Collegiatas Ecclesiis, hisce diebus maxime insignibus, solemne Officium prætermittitur; aut, si quod dicitur, verius præcipitatur ac truncatur, quam celebratur.

C A P. XXIX. *De Processionibus non abrogatis.*

**R**ELIQUAS autem Processiones more antiquo observari volumus: jubemus tamen, ut Clerus Civitatis Nostræ, abusus, qui hactenus irrepserunt, matura consultatione prævia, tollere perga.

C A P. XXX. *Quomodo, ad anniversaria Episcoporum, in majori Ecclesia conveniendum sit.*

**D**Vm Vigiliae in anniversariis Episcoporum, in summo Nostro templo, convenientibus illuc Collegiis, persolvuntur; inconcinnus arque adeo specie ipsa non satis plus ac devotus cantus editur. Quare Nobis visum est expedientius, ut Collegia singula in suis templis Vigiliae hafce devote absolvant, dein Ecclesiam nostram majorem ad Sacrum tantum accendant, illic tantisper facturi moram, donec id compleatur; singulis interim animad ad Deum ac pias precationes conversuris; quemadmodum superiori articulo diximus.

C A P. XXXI. *Minora ministeria idoneis committenda, ac decenter peragenda.*

**A**NTIQUISSIMIS Canonibus, in plerisque etiam Conciliis, sanctum est, ne Laici seculi Altare inter Clericos ministrarent, neve infra sacra ministri licentiam habeant ingrediendi in sacrarium, (quod Græci Diaconium appellant,) neve vasa Dominicæ contingant. Præterea, ne Reliquia Sanctorum & vestimenta Ecclesiastica, quæ honesta esse decet, nisi tantum à sacris ministris, attrectentur: adeo, ut ne sacris quidem Deo feminis ac monachis-

*Ex Conc.  
Agat. c. de  
sacri. 23.  
diffinit.*

nachabus aut Lectoribus , etiam sacra vasā vel sacratas pallas contingere , vel incensum circa Altare præferre licuerit , verum id solis Diaconis permisum sit , expressim autem Laicis vetitum, ne pallas, Ecclesiæ vela, ac Altaris ornamenta abluant. Neque Patres h̄ic Scripturis destituuntur. Iam verò eō ventum est , ut quatuor illi minores Ordines , nempe Ostiarii, Exorcistæ, Psalmistæ ac Lectores, non temere ab Ecclesia instituti ac recepti , præter nomen nihil in Ecclesia retinuerint , illorumque loco tenues aliquot homines Laici , qui per Ecclesiæ prælatos , minoris compendii gratia , subrogantur , illorum Officiis fefeingerant, idque indecora ; quippe nullo penitus

Clericali habitu amicti; inter quos sunt , quos appellamus Campanarios , quos ad minimum (cereis accendendis aliisque in Choro ministratiōnibus intentos) deceret superpelliceis indui. Ne interim prætereamus , ablutionem pallarum , vestimentorumque Altarium, breviter , sacerdorum custodiam , talibus per Custodes seu Thesaurarios nostri temporis committi , quos , hæc contingentes , antiquitas nefarii criminis simul cum surrogantibus damnasset : quare cautius posthac agendum , ne ob talem præsumptionem Dominus iratus , plagam populo , qua simul innocens cum nocente involvatur , immittat.

## P A R S Q V A R T A .

C A P . I. *De Parochis , ac eorum Vicariis , aliisque verbi ministris.*

**P**Itulus hic , cum generalis sit , in plerosque alios icinditur. Primum enim , videndum est , qui ad verbi ministerium & regimen Ecclesiarum admittendi sint : deinde , de vita ac moribus eorum: post , de officio ; quod in duobus potissimum situm est , dissemination verbi , & administratione Sacramentorum : postremo , de ipsorum vietu. de quibus speciatim despiciemus. Ante omnia tamen Lectorem admonitus esse volumus , hos esse locos , quos Ecclesiarum iubar divus Paulus in Epistolis ad Timotheum ac Titum accuratissime tractat. Nam huc illi potissimum spectant , ut sciant Timotheus ac Titus , quomodo oporteat eos in domo Dei conversari , quæ est Ecclesia Dei viventis ; nisi quod articulus administrationis Sacramentorum , & qui de vietu est , alibi fusius explicantur. Porro , cum hæc Paulinae epistolæ mere aureæ sint , & nulli non Parochi cogniti imprimis necessariæ; idcirco ad verbum ediscendæ , memoriae mandandæ , ac opere complendæ erunt. Ex quibus & aliis Euangelicis Apostolicisque scripturis ac Patrum iunctionibus , Nos quædam decerpemus ; quo dilucidius fiat , in quibus haec tenus magno cum Reipub. detimento peccatum , & quid de cætero Parochis facto opus sit.

C A P . II. *Qui admittendi.*

**Q**Vum Christus Iesus , Pastor ille bonus , ac Pastorum Princeps , qui posuit animam suam pro ovibus suis , circuaret omnes Civitates & Castella , docens in Synagogis eorum & prædicans Euangelium regni , & curans omnem languorem & omnem infirmitatem :

quum , inquam , is , qui venit requirere & servare quod perierat , vidisset turbas , miseritus est eis , quia erant vexati & jacentes sicut oves , non habentes pastorem; dicebatque discipulis suis : Messis quidem multa , operari autem pauci ; rogate ergo Dominum messis , ut mittat operarios in messem suam.

*Marc. 6.  
Lucas 10.*

C A P . III. *Orandus Deus , ut mittat operarios in messem suam.*

**N**Vm , quæso , putamus , necdum tempore stivum esse , interpellare Dominum messis , ut mittat operarios in messem , ac Pastores , non quolibet , sed secundum cor suum , nimirum ovibus miserè dissipatis ac balantibus requirendis ? Quis , nisi in media luce cæcus , non perfertilcat , nos in ea pericolosissima tempora incidisse , in quibus prædictiones Christi , & Apostolorum scripturæ , omnino atque omni ex parte complentur ? Quis enim non videt , venisse irrepsisseque , numerosa admodum caterva , ad nos , fallos illos Prophetas in vestimentis ovium , qui sunt intrinsecus lupi rapaces , qui non introierint per ostium in ovile ovium , sed ascenderint aliunde , fures ac latrones ? Non enim venerunt , nisi ut furentur & mactent & perdant ; quos videntes mercenarii , & qui non sunt Pastores , venientes , fugiunt & dimittunt oves ; & lupi rapiunt & dispergunt eas. Fugit enim mercenarius , quia mercenarius est , & non pertinet ad eum de ovibus. Poterant direptores isti sub exuvio ovino aliquandiu delitefcere , nisi Christus eos prodidisset ; Ex fructibus , inquiens , eorum cognoscetis eos ; quod non possit arbor bona fructus malos facere , nec arbor mala fructus bonos. Ex fructu enim suo unaquæque arbor cognoscitur.

*Matth. 7.*

*Ioan. 10.*

## C A P . IV.

CAP. IV. *Vnde dignoscere oporteat  
Pseudoëcclesiastas.*

**Q** Vos qui velit penitus agnoscere, is 2 Petri epift. legat cap. 2. & quæ ejusdem argumenti est, Iude Apostoli unicam, & eas potissimum divi Pauli Epistolas, quas ad Timotheum ac Titum coëpiscopos suos præscripsit; in quibus illos codem, quo Dominus, nomine appellat lupos rapaces, non parcentes gregi: ex nobis quidem suborituros, sed perverfa loquentes, ut abducant discipulos post se; homines, scipios amantes, cupidos, elatos, superbos, blasphemos, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, protertos, reprobos circa fidem; à fine præcepti, quæ charitas est de corde puro & conscientia bona & fide non facta, tuto cælo aberrantes, in vaniloquium conversos, seductores, proficienes in pejus, errantes, & in errorem mittentes, magistrorum pruientes auribus, & in fide (quod bonam conscientiam repulerint) naufragos; verbis contendentes, fanis vero sermonibus & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ neutiquam acquiescentes, superbos, languentes circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspicione, malæque conflictationes hominum mente corruptorum, ac proinde ad nihil utiles, nisi ad subversionem audientium; quorum sermo ut cancer serpit. Nunquid poterat Apostolus, futurorum conscius, hosce Pseudoëcclesiastas apertius aut dilucidius designare? quos nullus profecto Apelles tam expressim suis coloribus depingere potuisset.

CAP. V. *Soli autoritate Ordinaria  
comprobati, ad Verbi ministerium  
admittendi.*

**A** Dversus hos Pseudochristos & Pseudoëcclesiastas, nos prenumivit Christus: Vide, inquiens, ne seducamini. multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus, & multos seduent, ut in errorem (si tamen fieri potest) inducant etiam electi. nolite ergo ire post eos. Vos ergo (uti subiecit commonens) videte; ecce prædicti vobis omnia. Christi ergo præceptum, quantum nobis ipse concedit, sequentes, quo lupos, tam peccatores, ab ovilibus ac Diœcœbus nostris abigamus, visum Nobis est operæ premium fore, antiquos innovare Canones, quibus præcipitur, ne ulli ad Verbi ministerium seu prædicationis Officium, nisi missi autoritateque ordinaria approbati sint, admittantur. Rom. 10. Quomodo enim (secundum Apostolum) prædicabunt, nisi mittantur?

CAP. VI. *Quod legitimi & ordina-  
rii Verbi ministri, sunt Parochi & il-  
lorum Vicarii; modo tamen hi exami-  
nati prius & admissi sint.*

**O** Rdinarii ergo verbi ministri, Ecclesiæ rum Parochialium legitimi Rectores ac Parochi funto. quos etiam personaliter apud easdem Ecclesiæ, secundum Canonicas functiones, perpetuo residere volumus: nisi tamen eos magna ratio, veluti quod vel majoris ac publicæ utilitatis causa absint, quæ & Nostro calculo approbari debet; vel quod soli ob Parochiæ amplitudinem, gubernationi tantæ non sufficient, excusaverit. Tum enim, qui per illos delegabuntur, Vicarii seu Vicecurati, (modo tamen hi etiam examinati, & tam quod ad vita integratatem, quam Christianæ eruditio- nis puritatem & zelum, attinet, idonei reperti fuerint) Nostro permisso, eodem Officio perfungentur. Qui vero deinceps in Vicecuratores assumentur, Vicarii nostri in Pontificalibus, ac Theologorum, ei per Nos adjungendorum, in Diœcœibus vero Suffraganeorum nostrorum, illorum, quibus hoc muneri committendum duxerint, censuram (num videlicet obeundo muneri apti seu idonei sint vel minus) expectabunt.

CAP. VII. *Frates mendicantes  
quatenus admittendi.*

**A** Liquot retro seculis in Ecclesiam recepti sunt quatuor Mendicantium Fratrum Ordines, quò Parochorum in verbi ministerio cooperarii forent. Quos absit ut repellamus; si tamen intra Concilii Viennensis, sub Cle mente V celebrati, aliarumque Canonistarum constitutionum cancellos se continuerint; nec ante accesserint, quam per ipsorum Prælatos, ut viri inculpatæ vitæ, discreti pariter ac modesti, ac verbi Divini probè gnari, judicentur, atque ad hoc munus deligantur; deinde etiam Vicariis nostris in Pontificalibus præsentati, tales inventi fuerint ac permitti.

CAP. VIII. *Quam modestiam fra-  
tres mendicantes in Verbi præda-  
tione servare oporteat.*

**Q** Vi tamen, quum in subsidium tantum vocati sint, ordinariis Ecclesiæ Rectoribus molesti esse desinent; ita videlicet, ne eosdem (quum suo munere fungi ipsimet ve- lint) præoccupent, neve, quos in excolenda vinea Domini juvare debent, in concionibus virulenta ac detractoria lingua carpant; uti nonnulli hujus generis solent, qui, inflati ac incompositi, populi auribus demulcendis student, suam

c. licet is  
etiam de  
ele. lib. 6.

Ex Comte  
Viennæ.  
Cle. don  
dum de  
sepol.

Ex decreto  
Pontificis  
pont.

*Ex decreto Anacleti.*

suam non Christi gloriam ambientes; tam  
ignari omnis Ecclesiasticae disciplinae, ut  
ignorent, Parochos, si forte ceciderint, suos  
habere judices, non ipsos Fratres censores,  
multo minus promiscuam plebem; quam, ex-  
ploratum est, mutuis Ecclesiasticorum viro-  
rum amarulentis detractionibus adeo non  
emendari, ut scandalizetur multo magis. Nec  
audiendi sunt isti, si servos Dei accusare se di-  
cant ut meliores fiant, quum potius invidiae  
stimulis adulatio[n]isque quam charitatis studio  
agitati convincantur; id ipsum vel propria eo-  
rum conscientia attestante; quod sciant, nul-  
lum vel in seculo, ne dicamus in eorum Mo-  
nastris, inveniri, qui velit suum servum ab  
alio, quam a se, judicari; adeo ut, si quis fecus  
facere presumperit, hunc & multa sequatur  
indignatio & ulciscendi cupiditas. Quin  
Paulum audiant dicentem: Nolite judicare  
invicem; sed hoc judge magis, ne offendis-  
culum detis fratri.

R. p. 14.

CAP. IX. Non ferendi, qui in Iuris-  
dictiones & potestates temere ad  
plebem invehuntur.

*Ex Cap. non. Anacleti.*

M Vito minus ferendi sunt, qui, ut auram  
venentur popularem, in Iurisdictiones  
Episcopales ac Ordines Ecclesiasticorum pa-  
riter & civilium magistratuum invehentes, te-  
mere vociferantur ad populum; non intelli-  
gentes interdum, neque de quibus loquuntur,  
neque de quibus affirmant. Quo nihil aliud  
efficiunt, quam ut plebem, alioqui satis in  
Cleram irritatam, irritationem reddant, ac  
gliscenti seditionum igni oleum submini-  
strent. Iurisdictiones ac Magistratus esse  
oportet. Quod interdum, personarum non  
Ordinis seu Magistratus vitio, peccatur, alia  
providentia purgandum est, non caeo plebis  
judicio expendendum. Fraterna correptione  
opus erat, non accusatione aut laceratio-  
ne ex fugitifis. Et, ut omnia non statim ad  
vivum usque repurgentur, quod fieri vix pos-  
tis; non gravabuntur isti oculati in se quo-  
que descendere, ac suos erratus inspicere, quo  
tandem aquiores fiant, divinisque judicis  
etiam quedam relinquant. Si enim omnia  
(ut scire Anacletus ait) in hoc seculo vindica-  
ta essent, locum divina iudicia non habe-  
rent. Sed de his satis.

CAP. X. Abusus est, qui Parocco suo  
Officio interdit.

E X his, quæ diximus, consequitur, cum  
morem, qui alicubi irrepit, penitus irrationabilem, ne dicamus execrabilem abusum  
esse, quo legitimi Ecclesiarum Parochi adi-  
guntur jurejurando affirmare, sese in suis Ec-

clesias Fratres mendicantes ad verbi ministri-  
rium (etiam si ipsimet, pro ratione suscep-  
ti ac concredi munera, eo fungi velint) perpe-  
tuo admissuros. Quid enim hoc more aliud  
agitur, quam ut Parochio Officium, quo se  
Christo & Ecclesiæ obstringit, admatur, ac  
in alium regetur? Idvitii, ut spes est, cura-  
bimus.

CAP. XI. Fratres mendicantes his  
Synodalibus constitutionibus  
erunt parentes.

AE Quum quoque censemus, ut, qui ex  
Fratribus huic muneri accingi velint,  
Nostris Vicariis in Pontificalibus ferio pro-  
mittant, sese hisce Synodalibus institutis om-  
nino obtemperatu[ro], quo sermo Dei pure,  
sincere, ac fine offensione decurrat.

CAP. XII. Decet quoque, ut Fratres  
eatenu[m] Ordinariae potestati  
subjiciantur.

Q Vi ut Ordinariae Nostræ potestati, quod  
ad ejuscemodi functionem attinet, sub-  
jiciantur, & eatenu[m] Monasticæ professionis  
Regulis obligationibusque eximantur, non  
decens tantum sed & justum putamus.

CAP. XIII. De, semel certo loco  
destinatis ac admissis, non temere  
retrahendis.

Q Vi vero semel presentati & admissi fue-  
rint, ut certo loco hoc ministerio fun-  
gantur, non debebunt temere seu præter No-  
strum assensum à suscep[to] munere retrahi.  
Nam frequentem personarum mutationem,  
periculofam putamus: ut interim fileamus,  
sepe minus idoneum in idonei locum sur-  
rogari.

CAP. XIV. Qui, nulla legitima  
autoritate nixi, se Verbi ministerio  
ingerunt, uti seditionis compri-  
mendi.

E Xtraordinarios Parochos, illorumque  
legitimos cooperarios, nemo deinceps,  
neque suggestum occupet neque conventicu-  
la vel in privatis domibus vel vicis faciat, aut  
quovis tandem modo usurpet. Quod si quis  
fecus agere presumperit, & inobedientis per-  
turbare Ecclesiam Dei (quæ foris est) perse-  
veraverit, hunc tanquam seditionis corripi-  
oportet.

N

CAP.

*Ex Conc.  
Anno.  
c. 5.*

C A P. XV. Prohibentur omnes Apostatae, Monachi ignoti, ac peregrini spermologi.

**Q** Vamobrem prohibemus omnes Apostatas, Monachos ignotos, item istos ac peregrinos spermologos, quorum neque doctrina neque vita ulli perspecta est: eritque proinde curae civilibus magistratibus ac praefidibus, ut de his inquirant diligenter; &c, quos Nos proscripsimus, eos illi, cum receptoribus ipsorum, doli mali consciis, excedere Provincia compellant: nisi quid severius culpa horum prævaricatorum in ipsis statuere postulaverit. Iam ut inveniatur quispiam (quod absit) qui aliter quam legitime Parochiam occupaverit, hunc abjici statim oportet; quantumvis plebs, quam corrupit, cum retinere contendat.

C A P. XVI. De Terminariis, quatenus admittendi.

**E**X Ordine Mendicantium, qui oppidatim soli commorantur, quos Terminarios appellamus, vitam interdum agere Monachisimo plurimum dissimilem, cognovimus, proindeque multis esse invisos: hos potius, quum Officio prædicationis statis illis diebus perfuncti essent, eleemosynasque collegissent, statim ad Monasteria sua regredi, ibidemque quieti operam dare, atque observare jejunia & orationes juxta Ordinis sui institutum, malum, quam viam communem, ne dicamus licentiosam, inter civium turmas ducere. Vbi tamen Monasteria ab oppidis aut vicis tam

*Ex Conc.  
Sardi. 1.  
& 18.  
Laodi. 13.*

longe diffita fuerint, ut unius diei itinere repeti non possint, nolumus Terminarios istos hac lege teneri; modo tamen viri graves & annosi, vita quoque ex omni parte integra, ac sanæ doctrinæ, comperti fuerint. ac id etiam visitatione potius quam constitutionibus cavebitur.

C A P. XVII. Privilegiis Fratrum nihil derogatur.

**N**OLOMUS autem, per prædicta, privilegiis, Ordinibus Fratrum Mendicantium rite & legitime concessis, præjudicare.

C A P. XVIII. Monachorum Ecclesiæ, per Seculares (ut vocant) Presbyteros gubernandæ.

**E**adem ratione decens est, ut Monachi, qui Parochiales Ecclesiæ, curâ animarum apud ipsum Monasterium, non personam, reliæ, incorporatas (ut vocant) Monasteritis suis habent, non per Religiosos, quos in Monasteriis perpetuam vitam agere convenient, sed per Vicarios, Presbyteros Seculares, modo haberi possint, ad eundem modum quem supra diximus, examinandos admittendosque, gubernari procurent. Quibus etiam de Ecclesiæ proventibus tantum assignare obligati erunt, unde & jura Episcopalia persistere, & congruam sustentationem habere possint: quod ut fiat, Nobis curæ erit. Non tamen tam duri hinc erimus, quo minus interdum viros Monasticos, quos singulare vitæ exemplo & doctrinæ salutaris diffusione insignes comperiemus, apud Ecclesiæ Parochiales relæcturi & confirmaturi simus.

*eo de Ma.  
nachis de  
Præb. I.  
de capella  
men.*

## P A R S Q V I N T A.

C A P. I. De vita ac moribus Parochorum.

**Q** Vanquam de vita ac moribus Clericorum supra dixerimus, videtur tamen hic locus postulare, ut speciatim aliquid de conversatione ac moribus Parochorum dicamus; quod horum vita & Officium divo Paulo præcipue curæ fuerint; adeo ut, his reætè se habentibus, de reliquis non admodum magnam solicitudinem habuisse videatur. Nec immerito: res enim ipsa declarat, ac prisca secula meminerunt, quam tranquilla, quam florens, quam fructifera, quam denique felix Ecclesia fuerit, dum talibus esset Parochis insignis, qui, Euangelicis Apostolicisque institutionis sanctorumque Patrum Regulis addicti, non tantum vocabulo, sed & facto, præsta-

bant quod dicebantur. Contra vero, in quantos ætus, tempestates, procellas, ac pericula, ob eosdem sensim in diversum mutatos ac varicantes, Ecclesiæ navicula misere conjecta fit, Nos fentimus. Ex quibus rursus emerge re quum certo certius non possimus, nisi Nos (quibus gregem suum Christus pascendum commisit) vias Domini rectas, à quibus variando excidimus, inambulare pergamus: quid tandem aliud consilii capiendum nobis, quam ut singuli, quales esse debemus, tales & sumus; atque hoc infigne Christi verbum, quod hinc discedens, Petroque ovi culas suas committens, post tertiam demum dilectionis stipulationem promissionemque, ut ultimum elogium ac memoriale, fidelissime diligenterisque inculcavit, & mente & opere teneamus, quod est, Pafce agnos meos? Id fecerimus, si gregem Christi post Christum unice

*Iann. ult.*

unice diligamus, atque eundem tam verbi doctrina, quam operis exemplo, pascamus, Divinorumque Sacramentorum dispensationem tueamur defendamusque.

CAP. II. *Vita ut doctrina in Parocho conveniat, necessarium.*

**V** Bique ferme, cum de Parochis sermo incidit, Scriptura vitam doctrinæ copulat: nimurum, quod, qui vitam agit doctrinæ contrariam, plus exemplo delruit, quam ædificet verbo. Oportet enim & fieri sermonem, non tantum dici: alioqui competet in Parochum, quod Seneca Platonis objectum fuisse refert, Alter loqueris, alter vivis; & quod Christus Pharisæis imputat: Dicunt enim, & non faciunt; alligant autem onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros, dígito autem suo nolunt ea movere. Apponatur ergo manus ori neesse est, ne sit vox quidem vox Iacob, manus autem manus Esau. Porro, vox operum fortius sonat, quam verborum. Intendus nobis Pastorum Princeps est, cuius tota vita, sua doctrina est; qui coepit primum facere, post docere; siquidem potens opere & sermone; qui discipulos Ioannis, de adventu Messiae rogantes, ad opera remisit, dicens: Ite, dicite Ioanni, que vidistis & audiistis. qui denique non solum vocat oves suas nominativum, sed & vadit ante eas, & cum tantum, qui sic docuerit & fecerit, magnum in regno cælorum fore pollicetur.

CAP. III. *Pastorem, gregis exemplum esse oportere.*

**Q** Vare beatissimus Paulus, Ecclesiæ ministrustrum instituturus: Exemplum, inquit, esto fidelium, in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. Itidem ad Titum 2: In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate; verbum sanum, irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Sal enim terra & lux mundi, prædictor Evangelii dicitur; & lucerna, super candelabrum posita, ut luceat omnibus qui in domo sunt, sic, ut videant homines opera illius bona, & glorificant Patrem qui in celis est. Quod si fal infatuatum fuerit, in quo salietur? ad nihil enim valet ultra, nisi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Apostolus itaque hoc præceptum commendat Timotheo, ut militet bonam militiam, habens non tantum fidem, sed & bonam conscientiam; quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt; ex quibus tum erant Hymenæus & Alexander; quos tradidit Satanæ, ut

discerent non blasphemare. Interea vero ex codem numero omnes hæretici fuere.

CAP. IV. *Vitanda Parocho in primis avaritia.*

**I** Am quæ Clericis vitanda erunt, supra dividimus. Ea ipsa potissimum Paulus quam longissime à Parochis esse vult, & quæ illis opposita sunt, in ipsis quam maxime elucere. Primum scilicet, ut abstineant ab omni avaritia. Hospitales enim erunt, non turpis lucri cupidi, non opes, sed animas, venantes, non auri sed hominum pescatores: alioqui ex Pastoribus fient mercenarii, & vertentur in lupos; audientque Dominum, per Ezechielem exprobrantem: Lac comedebatis, & lanis operiebamini; quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non paciebatis; quod infirmum fuit, non consolidastis; & quod ægratum erat, non sanastis; quod confractum est, non alligastis; & quod abjectum est, non reduxistis; & quod perierat, non quæsivistis, sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia; & cætera quæ sequuntur. Qui enim volunt divites fieri, incident in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa utilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix quippe omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis. Tu vero, ò homo Dei, hæc fuge: sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, & mansuetudinem.

*I Tim. 5.*

*Tit. 1.*

*Matt. 4.*

*Eze. 34.*

*I Tim. 6.*

CAP. V. *Parochi familiam irreprehensibilem esse debere.*

**I** Nterim erit domui suæ benè præpositus, ut non tantum ipse, sed & sua familia, irreprehensibilem vitam agat. Qui enim domui suæ præfesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli, *i Timot. 3.*

CAP. VI. *Parocho luxus omnino cavendus.*

**D** Einde, procul absint Parochi ab omni luxu. Sobrium enim vult Parochum esse Paulus, nec multo vino deditum, ac vino, potius ad necessitatem, quam ad voluptatem, utentem; quemadmodum ipse Timotheo præcipit, ne aquam adhuc bibat, sed modico vino utatur, propter itomachum suum & frequentes suas infirmitates. Nesciat ergo Parochi dominus comedationes crapulosas, execretur componationes illas, ad æquales haustus obligatorias. Sit procul à symbolorum (ut vocant) dationi-

*i Tim. 5.*

N 2

dationi-

dationibus. Turpissimum putet, nisi causa necessitatis, intrare tabernam; quasi domum non habeat ad edendum & bibendum. Brevis ter; vitet omnia, quæ Pastoralem autoritatem aut dedecorant aut immixiunt.

C A P. VII. *Pudicitia servanda Parocho.*

**D**icitur etenim quoque omnem libidinem. Nam oportet Parochium esse pudicum, *1 Timoth. 3.* & se præbere exemplum in castitate, *1 Timoth. 4.* ne in eum verè dicatur: Qui alium doces, teipsum non doces: qui prædictas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui in lege gloriariſ, per prævaricationem legis Deum in honoras. per quod blasphematur nomen Dei inter gentes. Quo enim vultu forniciarios *1 Cor. 6.* *Ephes. 5.* *Galat. 5.* cælo excludet cum Paulo, qui huic voluntate cœni ipse immersus est? An existimas

(inquit ipse Paulus) & homo omnis qui judicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei? In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ judicas. Scimus quippe, quia judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.

C A P. VIII. *Quæ fugienda Parocho, & quæ sectanda.*

**D**icitur enīque Paulus ad Timotheum: Iuvenilia, inquit, desideria fuge; sectare vero iustitiam, fidem, spem & charitatem, & pacem cum his qui invocant Dominum de corde puro. Labora sicut bonus miles Christi. Nemo enim, militans Deo, implicat se negotiis secularibus; & quæ sequuntur. In summa, sollicita cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. *2 Tim. 2.*

## P A R S   S E X T A.

C A P. I. *De dissemination verbi.*

**H**oc ministerium sanctissimus Apostolus cæteris omnibus præfert. Vnde & *Corinthiis* scribens, ait: Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. cui & cæteri Apóstoli adstipulantur, quum inquit: Non est æquum, nos relinquere verbum, & ministrare mensis. Quin imo & Christus aliis anteponit: Euntes, inquiens, in mundum universum, prædicare Euangeliū omni creaturæ, ac docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis. Quamobrem Paulus, Timotheum suum excitans, ait: Attende lectioni, attende exhortationi & doctrinae; noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetam cum impositione manuum Presbyteri. Hæc meditare; in his esto; ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & doctrinae; insta in illis; hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos qui te audiunt. Et iterum: Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelista, prædicta verbum, insta opportune, importune, ministerium tuum imple.

C A P. II. *Quid Parocho meditandum.*

**M**editabitur Parochus, quid ipsi Dominus per Ezechiem, cap. 3, 33, ac 34, præcepit: parabolaque speculatoris, menti

infingenda est. Speculatorum, inquit, dedi te domui Israël. quod si speculator viderit gladium venientem, & non insinuerit buccina, & populus se non custodierit, venerisque gladius & tulerit de eis animam, ille quidem in iniuitate sua captus est, sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram. Parochi siquidem sunt, quibus potissimum dictum est: Fratres, si quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis cum, scire debet, quoniam, qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suæ, salvabit animam ejus à morte. Dura est nimis illa Prophetae lamentatio: Parvuli petierunt panem, & nemo dabat eis. *Iacob. 5.* Paucis ergo, fame morientes: si non paveris, occidisti. At homo ex duabus partibus constat, ex carne scilicet & spiritu. Dupli ergo cibo opus est. Nam ut Scriptura ait: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Cibus exterior carnem tantum mortalem reficit, &, intrans per os, in ventrem vadit, & in seculum emititur. Panis autem Spiritus, tam per verbum prædicationis, quam sacramentaliter in veritate Corporis & Sanguinis Dominicæ, in vita fide comestus, vivificat, reficit, ac vegetat animam; qui non perit, sed permanet in vitam æternam: &, hunc qui ederit, non morietur in æternum. Id quod omnes pii sciunt ac sentiunt. Vivus enim sermo Dei est, & efficax, & penetrantior quovis gladio ancipiendi, ac pertingens usque ad divisionem animæ & spiritus, compagnumque & medullarum.

C A P.

C A P. III. *Fidelitas in primis in Parocho requiritur.*

**H**ic jam inter hujus cœlestis panis dispensatores queritur, ut fidelis quis inventiatur: Fidelis, inquam, servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis escam in tempore. Beatus ille servus, quem, quum venerit Dominus eum, invenerit sic facientem. si secus, veniet Dominus servi illius in die quo non sperat, & hora quam ignorat, & dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis, ubi erit fletus & stridor dentium.

C A P. IV. *Quis sit fidelis verbi dispensator.*

**I**S autem fidelis est dispensator, attestante divinissimo Ioanne, cuius scopus unicus ille Christus est, & cuius spiritus confitetur, Christum in carne venisse; id est, ut divus Paulus interpretatur, qui docet, apparuisse gratiam Dei & Salvatoris nostri omnia bus hominibus, ad erudiendum nos, ut, abnegantes omnem impietatem & secularia desideria, sobrie, justè, & piè vivamus in hoc seculo, exspectantes beatam spem & adventum gloriae magni Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Qui, inquam, docet, eundem Christum Iesum, Dominum nostrum, hominem factum, ut daret semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret fibi populum acceptabilem, sicutatem bonorum operum. Quibus verbis sanctus Paulus duas in Christo naturas, Verbi scilicet & Carnis, indissolubili vinculo coharentes, & utriusque naturæ rationem complectitur. Verbi, quatenus erudit nos, docens, quæ sit voluntas Patris; quam facientibus denunciat præmium, prævaricantibus vero poenam æternam. Carnis vero, quatenus datus & immolatus est pro nobis, in ara Crucis, Agnus immaculatus & victima tollens peccata mundi, nobis reliquens exemplum, ut sequamur vestigia ejus, & eadem cogitatione armemur: quia qui passus est in carne, desist a peccatis; ut jam non desiderii hominum, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne temporis, vivamus. Omnis autem spiritus, qui solvit Iesum, ex Deo non est; & hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & jam in mundo est.

C A P. V. *Omnis Scriptura ad geminam charitatem exigenda.*

**I**S item fidus est minister verbi, qui omnem Scripturam ad Christianam exigit charita-

tem. Charitas enim Christianissimum consummat; quemadmodum apud diuum Paulum legimus: Finis præcepti, est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Et est potissimum illud indicium, quo Christiani esse comprobamur. In hoc (ait Christus) cognoscunt omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Vnde beatus Augustinus, in libris de doctrina Christiana, brevissimam methodum ad pervertigandas intelligendasque Scripturas communistrare volens: Quisquis Scripturas divinas vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita ut in illo intellectu non aedificet geminam charitatem Dei & proximi, is nondum intellexit, quod legis ac Scripturarum summa, finis ac plenitudo, sit dilectio; quæ duobus mandatis comprehenditur; nempe, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, ex tota virtute tua; & diliges proximum tuum sicut te ipsum; & quemadmodum vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis. in his duobus mandatis universa lex pendet & Prophetæ. Quicunque ergo ad hanc amissim doctrinam suam attempferat, is nunquam potest perniciose errare.

C A P. VI. *Summa Euangelice predicationis.*

**E**zechiel vero Propheta sumiam suæ prædicationis Dominum enarrantem facit, hisce penè verbis: Vivo ego, dicit Dominus; nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur impius & vivat; justitia justi non liberabit eum, in quacunque die peccaverit; & impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua. quare qui egerit penitentiam a peccato suo, feceritque judicium & justitiam, & in mandatis vita ambulaverit, nec fecerit quicquam injustum, vita vivet & non morietur. Quod Christus brevius complexus: Poenitentiam, inquit, agite; appropinquavit enim regnum celorum. Sed de his alias locupletius. Sufficerit hic, utcunq; indicasse scopum.

C A P. VII. *Parocho cautissima sollicitudine in prædicatione verbi utendum.*

**Q**VICQUE autem sollicitus Parochus provinciam, cui admotus est, gubernare satagit, haud existimabit, se alicui levii muneri, sed omnium gravissimo ac difficillimo, præfatum; tanta nimurum difficultatis, ut verbi prædicatorem, undiqueque absolutum, vix unum è millibus reperias. Non idem est ovium palatum; magna in paucis varietas:

N 3      quod

## 150 CONCILII PROVINC. COLON. ANNO M D XXXVI

quod unam ovoidam nutrit, alteram macerat aut mactat. Culpaverit aliquis avaros; prodigus hinc argumentum prodigalitatis suæ colligit: culpaverit prodigos; avarus inde tenacitatis suæ excusationem arripiet. Ea est hominum malitia, ut, nedum alia, sed & sanctissimum Dei verbum, pro suis quisque affectibus, ac ad sua desideria consofenda potius quam eradicanda, trahat. Videmus, proh dolor, quemadmodum haec tempestate plerique sacras literas in parabolam ac proverbium vertant, atque ad excusandas excusationes in peccatis, summa vi atque impudentia torqueant, adulterantes verbum Dei. Quare Parochus cautissima sollicitudine agere debet, per gladium Dei, secantem à dextris & sinistris, ut medium iter pateat ad incedendum per viam regiam mandatorum Dei.

*Psalm.  
140.*

CAP. VIII. *Quemadmodum sermo temperandus.*

**A**T temperandus sermo, quoad ejus fieri potest, pro auditorum captu. Alii siquidem acri ingenio ac judicio sunt, alii hebetes animo, ac rudi Minerva prædicti: quidam attenti, quidam vero desides: hi recte ac sincere instituti, illi seducti ac decepti. Discretione ergo maxima opus est. Breviter; nemo erit concionator absolutus, cui præter vitam exemplarem non adhuc omnia quæ sequuntur: nempe, cognitio Scripturarum utriusque Testamenti, ingenium velox, solers atque versatile, eloquentia vehemens, suadibilis & suavis; neque interim minus temperata, quam copiosa; prudentia rerum ac personarum documentarum, experientia multiplex, immobilis constantia: denique spiritus; qui si deerit, reliquis donis parum profecerit. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Quomodo enim ad æternarum rerum desideria alios accendet, qui ipse totus languet ac friget, nondum spiritu concepto qui ex Deo est, quem & ipse Deus dat bonum potentibus se? En, quam arduum est concionandi munus: nec tamen propter ea diffidentia (quæ plerumque multos avertit) deferendum. Ad euangelizandum missi sunt Parochi. Væ ergo illis, si non euangelizaverint. Si quis autem eorum sapientia indiget, scrutetur Scripturas, & postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat; & dabitur ei.

*Matt. 10.*

*I Cor. 11.  
Iac. 1.*

CAP. IX. *Quid cavendum inter concionandum.*

*Ex epif.  
Inn.*

*2 Tim. 1.*

**C**avebit autem modis omnibus, ne lubricus in docendo sit, hic illucque effluens. Et in primis, ne vento doctrinarum, ab Ecclesia Catholica non receptarum, veluti nubes

fine aqua, circumferatur; sed formam habebit sanorum verborum, ab Ecclesiæ (quæ columna veritatis est) instituto nihil discrepantium. Tu (inquit Paulus ad Titum) loquere, quæ decent sanam doctrinam, verbum sanum & irreprehensibile.

*Tit. 2.*

CAP. X. *Nihil aut fabulosum aut suspectum adferendum.*

**I**Neptas autem & aniles fabulas devitabit; *1 Tim. 4.* qualia nuper erant, quæ ex nullis probatis *2 Tim. 2.* autoribus, sed potius suspectissimis obscuro-*Tit. 3.* rum hominum commentis, adferabantur exempla; olim vero genealogias interminatas, quod ad pietatem illa nihil fecerint. Exercebit autem seipsum ad pietatem; quod corporalis exercitatio ad modicum utilis fit, pietas autem ad omnia utilis, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ.

*1 Tim. 4.*

CAP. XI. *Loquacitas vitanda.*

**N**EQUE minus vitabit prophana & vaniloquia, hoc est, futilem & inanem loquacitatem, qua nonnulli ratione inationibus humanis fallam scientiæ opinionem fibi venantur. Sic enim suum compellar Timotheum Paulus: O Timothee, depositum serva, devitans prophanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ; quam quidem promittentes, circa fidem exciderunt.

*1 Tim. 6.*

CAP. XII. *Quemadmodum Parochum adversus hereticos pugnare oporteat.*

**P**Aratos nos esse vult Apostolus Petrus ad *2 Pet. 3.* satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea, quæ in nobis est, spe & fide, sed cum modestia & timore. Neque ergo doceat, neque intendat his Parochus, quæ quæstiones magis præstant, quam ædificationem quæ est ex charitate, *1 Timoth. 1.* Et iterum *2 Timoth. 2 & 3.* Paulus ait: Stultas & sine disciplina quæstiones & pugnas legis respue, sciens, quia generant lites; fervum autem Domini non oportet litigare. Proindeque, ubi cum hereticis res est, corripit quidem eos cum modestia qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & relipiscant a diaboli laqueis, a quo tenentur captivi ad ipsius voluntatem. Quod si non proficerit, hereticum hominem post unam & secundam correptionem deviter, sciens quia subversus est qui ejusmodi est, & delinquit, quum sit proprio iudicio condemnatus. Nequaquam autem ad *2 Tim. 2.* populum verbis contendat: ad nihil enim utille est, nisi ad subversionem audientium: memor Apostolici sermonis, quo rejiciuntur omnes,

*Tit. 3.*

*1 Cor. 11.* omnes, qui scissuram querunt. Si quis enim vult contentiosus esse, nos talem confuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

dum. Quemadmodum Paulus quoque in *2 Cor. 2.* gratiam recepit Corinthium illum poenitentem.

CAP. XIII. *A scismatis & conviciis abstinentia.*

*Prag. Au-*  
*gustana.* **I**Nter concionandum ergo à scismatis, maledictis, ac conviciis, omnino abstinentiam est. Prædicetur pure ac sincere Dei verbum, juxta Ecclesiasticam traditionem, & Patrum ab Ecclesia Catholica approbatorum interpretationem. Quæ vero in contentionem vel disceptationem revocari possunt, penitus silentur; quemadmodum quoque pragmatica Augustensi sanctione cautum est.

CAP. XIV. *In contentiosis dogmatibus, quomodo docendus populus sapere.*

**I**N controversia autem & contentiosis obscurisque dogmatibus, quæ sacris voluminibus vel universali Ecclesiæ consensu expressim decisa non sunt, populus privatum (maxime cum exomologeli se purgat, modo gravatam conscientiam in hoc habeat) ita docendus est sapere, atque hac cautione, profiteri de his se credere, sicut credit Ecclesia. Hoc enim tutius, quam asseverare, de quo dubites, aut quod non intelligas.

CAP. XV. *Qualem oporteat esse Parochum in reprehendendis criminibus.*

*2 Tim. 4.* **E**RIT quoque Parochus in reprehendendis criminibus vehemens atque acer. Constitutus est enim ut annunciet populo scelera eorum; sic tamen, ut in suggerito vitia tantum reprehendat, non personas nominatim perstringat. Argue, inquit Apostolus, in crepa, obsecra, in omni patientia & doctrina. Vbi persona arguenda, denunciatione Evangelica utendum: Si peccaverit in te frater tuus, inquit Christus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: quod si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: quod si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum vel trium testium sit omne verbum: quod si eos non audierit, dic Ecclesiæ: quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Sic Paulus Corinthium, resipiscere nolentem, excommunicavit. Et hic iterum Christi doctrina & exemplum sequendum, ut benevolentia se veritatem vincat, ut paratus sit Parochus dimittere peccanti, non modo septies, sed & septuages septies; & cum Christo paratior sit ad absolvendum adulteram, ad frugem melioris vitae revertentem, quam ad condemnantem.

*1 Cor. 5.*

*Matt. 18.* **J**OAN. 8. **E**ST autem populus, frequenter in concionibus, post conciones vero semper, diligentissime commonendus, ut Deum Opt. Max. pro potestatibus deprecetur. Volo (inquit gentium Magister Paulus) ut fiant omnium primum obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus qui in

CAP. XVI. *Manifesta reprehensio utriusque potestatis vitanda.*

**V**ITANDA quoque manifesta reprehensio utriusque potestatis, tam Ecclesiastice quam civilis. Neque invehendum in Ordinem aliquem, aut aliquod ab Ecclesia receptum vivendi genus. Omnis enim potestas *Rom. 13.* à Deo est, & propterea eatenus honoranda, non incessenda. Sequenda præcursoris Dominici doctrina & exemplum, qui ne milites quidem à se repulit, aut ulla contumelia affectit, sed magis viam recte vivendi ostendit. Per ejusmodi enim incautam reprehensionem, plebs ad seditionem magis ac rebellionem incitat. Hanc murmur, odium, impatientia, contumacia, protervia, & detractio- *Luke 3.*  
*Prov. 28.*  
*Ezra 3.*  
*Rom. 13.*  
*Act. 5.*  
*Marc. 6.*  
*N*isus libido comitantur. Quin potius docendus populus est obedire Magistratibus, parere Præpositis suis, etiam dycolis: ac interim admonendus est, si fini Magistratus interdum virtiosi, id evenire, quod Dominus regnare facit malos & hypocritas propter peccata populi: omnem animam potestatibus sublimioribus subditam esse: quodque omnis potestas à Deo sit: quod denique, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistat: nisi tamen potestas expressim præcipiat, quod est contra mandatum Dei; tum enim oportet plus obediere Deo, quam hominibus.

CAP. XVII. *Quomodo corripiendi Magistratus.*

**I**N corripiendis vero Magistratibus, correctioni quoque fraternali locus est; quemadmodum Ioannes reprehendit Herodem. Sic enim legimus: Dicebat enim Ioannes Herodi, non populo: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Quia si nihil promoveas, postulanda & expectanda provisio Prælatorum ac majorum Magistratum est: qui si dissimulent, etiam confutum magis, ut ultio remittatur ad Deum, quam ut tantum scandalum inde deterius subsequatur.

CAP. XVIII. *Admonendus populus, ut ore pro Magistratibus.*

**E**ST autem populus, frequenter in concionibus, post conciones vero semper, diligentissime commonendus, ut Deum Opt. Max. pro potestatibus deprecetur. Volo (inquit gentium Magister Paulus) ut fiant omnium primum obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus qui in

N 4

sublimitate constituti sunt , ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate . hoc enim bonum est & acceptum coram Salvatore nostro Deo , qui omnes homines vult salvos fieri , & ad agnitionem veritatis venire .

C A P. XIX. *Notantur , qui secus docent.*

*1 Tim. 6.* **S**I quis aliter docet , & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi , & ei , quæ secundum pietatem est , doctrinæ ; superbus est , nihil sciens , sed languens circa quæstiones & pugnas verborum , ex quibus oriuntur invidiæ , contentiones , blasphemias , suspicções male , conflicitiones hominum corruptorum , & qui à veritate privati sunt , existimantium , quæstum esse pietatem .

C A P. XX. *Summa doctrina Christianæ in Enchiridion contrahenda.*

*Ex Conc. Afr. Prag. Aug. guifana.* **P**orrò , cum secundum Euangelicam atque Apostolicam doctrinam , quibus decreta Patrum ac Conciliorum , denique pragmatica sanctio Augustana , merito accedunt , in Ecclesia Dei sola Canonica Scriptura ac divina eloquia , secundum Ecclesiasticam interpretationem sanctorum Patrum ac Doctorum & recitari & prædicari debeant : non ab eis videbitur , Parochis summam Bibliorum paucissimis prescribere , ne alicubi , dum Scripturæ metas nesciunt , impingant .

C A P. XXI. *Enchiridion quæ docebit.*

**E**T , cum præcipue ipsis incumbat , ut plerum erudiant in præceptis decalogi , articulis fidei , qui Symbolo Apostolico recententur , ac Ecclesiæ Sacramentis , simul cum explicatione orationis Dominicæ ; ( hic est enim inchoationis Christi sermo , quo jacitur fundamentum ab operibus mortuis & fidei in Deum : ) idcirco , ut imperitoribus consulatur , quoddam Enchiridion dabimus , in quo brevissime hæc omnia secundum sanam & Ecclesiasticam doctrinam exponentur ; simul & loci quidam communes , ad omnes omnium hominum ætas ac ordines , commonitorii inferentur ; veneratio quoque Sanctorum ac Reliquiarum , denique , quatenus imaginiosus ac picturis utendum , docebitur . nec interim , quid sibi Ecclesiasticæ cærimonie , præfertim illæ piæ ac antiquissimæ , velint , & quo conducant , in eodem libello declarare omittemus ; idque succinctissime .

C A P. XXII. *ordo concionandi , quem simpliciores sequentur.*

**S**impliciores ac minus eruditæ concionatores festi quibusque diebus concione in nomine sanctissimæ Trinitatis , cum imprecatio gratiæ Dei ( nempe ut Dominus suum spiritum verbo addere dignetur ) copta , initio ambas lectiones , quæ Epistola ac Euangelium Missæ ejus diei appellantur , ad verbum denarrabunt . Deinde , post imploratum divini numinis clementiam , regrediantur ad utriusque lectionis brevem dilucidationem ; locos aliquot communes ex utraque deligentes , quibus populus ad vitæ pietatem , charitatemque Dei ac proximi , inflammetur . Denunciabunt quoque , quid Ecclesia Dei eo die potissimum Deum oret ac precret , quod in precationibus seu collectis , quæ post Canticum *Kyrie eleison* , aut *Gloria in excelsis* , dicuntur , continetur : ac hortabuntur populum , ut idem pariter , interea dum sacra aguntur , Deum oret , si non verbotenus , mente tamen .

C A P. XXIII. *Sanctorum historie quatenus attingendæ.*

**S**anctorum historiæ ne nimis diu immo- rentur : quin potior pars ( uti jam diximus ) Euangeli detur & Epistolæ explicandis . Quod si fabulosa videbitur historia , ne attingat quidem ; si verisimilis , leviter ; eaque decerpatur quæ imitanda videantur . Miracula quoque ne impudentius jaçtentur , nisi quæ Scripturis prodita , aut à non levibus scriptoribus , summa cum historiæ fide , tradita fuerint .

C A P. XXIV. *Allegoriæ quomodo explicandæ.*

**S**I quas allegorias aut sensus Scripturæ reconditiores , spiritualia spiritualibus conferentes , adferre velint ; has ex receptis Ecclesiæ Doctoribus , veluti Ambrosio , Hieronymo , Augustino , Chrysostomo , ac similibus comprobatis autoribus , desument .

C A P. XXV. *Quomodo finienda concio.*

**V**bi ad calcem concionis deventum erit , brevi epilogi , quo argumentum ac capita totius concionis renaret , utatur . Id enim ad captum ac fulciendam memoriam auditorum plurimum fecerit .

C A P.

CAP. XXVI. Quid recitandum, finita concione.

**D**ebet quoque, finita concione, Decalogus ac Symbolum fidei & succincte & exerte recitari; illa quoque exomologesis ac publica peccatorum confessio, cum imploratione misericordiae Dei, pure ac distincte pronunciari, ac moneri populus, ut eisdem verbis Sacerdotem pronunciantem subsequatur; ac deinde recenseri consolatoria imprecatio remissionis peccatorum, ut populus, dejecto, contrito, humiliato animo ac toto corde, cum Presbytero accingatur ad mysterium redemptionis suæ (quod in Altari tractatur) contemplandum, fructumque Dominiæ passionis, quæ in Altaris mysterio commemoratur representaturque, participandum.

## P A R S S E P T I M A.

CAP. I. De administratione Sacramentorum.

**E**cclæs Catholice usus, septem mysteria (quæ Sacraenta appellantur) observat; veluti septem quadam parata remedia, per quæ Deo visum est peccatis nostris mederi, ac nobis gratiæ sua salutaris medicinam (diversa tamen ratione) infundere. quæ sunt, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium. Quæ cur à Christo & Ecclæsia instituta sint, & à veteribus Sacraenta peculiariter appellata; deinde, quæ illorum sit per gratiam Dei efficacia & virtus; nunc non est dicendi locus. Tantum admonebimus in præsencia Parochum, quæ illum circa dispensationem singulorum observare conveniat.

CAP. II. Instruendus populus, quid agatur in cuiuslibet Sacramenti exhibitione.

**Aug. lib.  
de doct.  
Christi.** **Q**VIA igitur in Sacramentis aliud videtur, atque aliud agitur; instruendus est populus in cuiuslibet exhibitione, quid in huncmodi Religioso arcano (id enim Sacramentum sonat) agatur. Cum enim in Sacramentis istis per signa quædam sensibilia infundatur infinitibilis gratia, congruens externis signis; excitanda est fidelium fides & devotione in Deum, ut, credentes, ac divinum mysterium intelligentes, ad Dei ac Salvatoris nostri Iesu Christi participandam gratiam accedant. Quod fieri, cum Parochus, sub administrationem cuiuslibet Sacramenti, sacra concione populum breviter admonuerit, quid in ea re agatur.

CAP. XXVII. Quomodo, finita concione, populus excitandus ad orandum pro defunctis.

**C**VM multum plerumque temporis, parvo cum fructu, teratur in recentendis singulatim defunctorum nominibus, ubi viri tim pro quolibet exigunt una oratio Dominica, idque interdum non citra suspicionem vel quæstus vel ambitionis fiat: Nobis potius videbitur, ut populus ad communem pro defunctis orationem piæ ac devotè dicendam accendatur, & hæc genealogia intermittatur. Super qua re tamen, quod ad morem Civitatis Nostræ Colonensis attinet, & cum Parochis & cum Senatu latius agere non omittemus.

CAP. III. Quid agatur in Baptismo.

**E**T ut de sacro Baptismo exordium capiamus, docendus est populus, quod illic aboleatur vetus homo, remisso omni peccato, atque novus exoriatur, ab omni labe purgatus per fidem in Christum: quod illic, qui baptizatur, lavetur lavacro regenerationis & renovationis Spiritus sancti in Sanguine Christi pro nobis effuso: quod illic veterem Adam exuimus, ac vicissim Christum induimus, sepulti cum illo per Baptismum in mortem, ut, quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vita ambulemus: quemadmodum hæc Enchiridion latius edocebit.

*Galat. 6.*

*Tit. 3.*

*Rom. 6.*

CAP. IV. Cujus sint admonendi Susceptores infantis.

**S**Vceptores infantis (Patrini qui dicuntur) merito admonentur, quod ipsi sint, qui, Ecclæs nomine, & in Ecclæs fide, Christo parvulos offerant per Baptismum, ac se promodum pro parvulis fideiussores constituant, nomine parvuli respondentes: quem etiam postquam adoleverit, Symbolum simul & Orationem Dominicam edocere, atque vitam Christo ac professione in Baptismo factâ dignam perpetuo agere, saltem ubi id necessitas poscere videbitur, cohortari non omittent. proindeque malumus, illos deligi provectæ atatis, quam impuberis; ne videatur infans infantem offerre, ac sponserem se Deo pro alio constituere, qui, quod promittit, non intelligat; ideoque multo minus, quod non intelligit, docere queat.

*et vos am-  
te omnia,  
de confi-  
dit. 4.*

CAP.

C A P. V. *Populus docendus, quid velint  
externa signa.*

P Ræterea docebunt populum, quid sit, quod catechizetur baptizandus; quid reliqua solemnia, quæ Ecclesia adhiberi voluit, signent; videlicet, Cur insuffletur in faciem baptizandi, cur signum Crucis & in pectore & in fronte fiat, cur sal in os detur, cur aures & nares sputo attingantur linianturque, cur inunctio in pectore & scapulis fiat, & cur post baptismi tinctio in vertice; denique, quid significet amictus albus, quo infans seu aliis baptizatus superinduitur. quæ omnia sunt mysteriorum plena; quemadmodum Enchiridion declarabit.

C A P. VI. *Quomodo accedendum  
ad Baptismum.*

*I Cor.  
14.*

C Vm beatissimus Apostolus in Ecclesia omnia honeste atque secundum ordinem fieri jubeat; debet Baptismus, summâ mentis, in Deum & in sacratissima quæ aguntur mysteria, intentione, & dari & accipi. Quare, quicquid hinc Susceptores seu alios adstantes avocat, procul tollendum est. Accedatur itaque, deposito omni fastu, humili spiritu, ac recta in Deum fiducia; quemadmodum accesserunt, qui Iesu parvulos obtulerunt, ut manus eis imponeret. Nam hic renunciatur satanæ, & omnibus operibus atque omnibus pompis ejus. Conveniaturque ante inter Patrinos de nomine infantis; ut potius in baptismo ipso cogitetur de lucranda anima Christo, quam de retinendo nomine.

C A P. VII. *Baptismus in facie Ecclesie  
peragendum.*

M Agna certe ratione Ecclesiasticis Patribus vistum est, ut Baptismus in conspectu Ecclesiae, in loco sacro, recipiatur; nisi tammen imminentis necessitas fieri aliud suaserit. Quamobrem displicer Nobis, quod quidam fastuosi, templum Domini despicientes, ambitiunt magis, suos infants in dominibus privatim baptizari. Quod deinceps, nisi necessitas id ipsum exegerit, & cautæ cognitio praæcesserit, indulgere nolumus.

C A P. VIII. *In Confirmationis exhibitione quid docendum.*

*Act. 8.  
19.  
De conf.  
diss. §. c.  
novis.*

I Tidem, dum Sacramentum Confirmationis confertur, docebunt Vicarii Nostrri in Pontificalibus, quid agatur; nempe quod illuc ambiatur gratia Spiritus sancti, qua confirmatur tyro adversus satanæ tentationes roboraturque, ut, quod corde credit ad ju-

stitionem, ore quoque palam confiteatur ad salutem. Quamobrem eo communiri solet *Rom. 10.* ætas tenera, quæ ad nequitiam proclivior est quam ad pietatem, ut ea proclivitas minuantur, docilitasque ad pietatem augeatur. Omnes fideles ( inquit Vrbanus Pontifex Romanus ) per manus impositionem Episcoporum, Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniantur: quia, cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam robatur. De Spiritu sancto accepimus, ut efficiamur spirituales; quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. De Spiritu sancto acceptimus, ut sapiamus inter bonum malumque discernere, justa diligere, iusta respire, ut malitia ac superbia repugnemus, ut luxuria & diversis illecebris ac fecdis indignisque cupiditatibus resistamus. De Spiritu sancto acceptimus, ut, amore vita & gloria ardore succensi, erigere à terrenis mentem ad superna & Divina valeamus. Sed de hoc alibi latius.

C A P. IX. *Quomodo ad Sacramentum  
Confirmationis accedendum sit.*

A N expediat, imitari consuetudinem, qua observatur, ut, nedum adultis, sed & infantibus, detur Confirmationis, idque pransis, hic non definimus: quoniam quod Aurelianensi Concilio sancitum est, Nobis magis placuerit; videlicet, ut jejunii ad Confirmationem veniant perfectæ ætatis, ut moneantur Confessionem Sacramentalem facere priusquam accesserint, quod mundi, donum Spiritus sancti mereantur accipere. Cum enim hoc Sacramentum non sit necessitatis absolutæ, convenientius & utiliusabitur, si addatur admonitiuncula. At, antequam infans supra septimum ætatis annum progressus fuerit, parum aut nihil horum quæ aguntur intelliger, ne dicamus, meminerit.

C A P. X. *Cujus sint admonendi Susceptores Confirmati.*

Q Vemadmodum in baptismo Susceptores sunt, ita hic qui Confirmandum præsentant ac coram Episcopo sunt; idque non admodum diversa ratione; nisi quod quidam etiam dicunt, decens esse, ut, qui nondum aduersus Carnis, Mundi ac Satanae tentationes roborati sunt, per Confirmatos jam dum, atque exercitatos sensus habentes, quibus fides Confirmandi cognita atque explorata sit, Episcopo præsententur. Quamobrem quoque admonendi sunt isti officii sui, curandumque, ut tanti Sacramenti perceptio digne ac reverenter peragatur; quemadmodum in primitiva Ecclesia observatum legimus.

C A P.

CAP. XI. *De moderandis donariis,  
quae Susceptores infantibus donant.*

**Q**ibusdam in locis, ambitionis magis quam pietatis causa, dum utrumque tam Baptismi quam Confirmationis Sacramentum peragitur, hi, qui Patrini dicuntur, certant, ut alter alterum, donariorum precio, (quo suscepit ac presentati pueri donantur,) videntur. Præterea itur statim, maximè post Baptismum, ad comedationes; cum tum maxime comedationibus esset abstinentium. Qua de re monendus est populus, ut, quæ digna sunt his Sacramentis, tantum carent; cetera autem moderantur aut penitus tollant. Nam non offendimus Deum gravius, quam cum illius sanctissima mysteria indigne tractamus.

CAP. XII. *Docendus populus de  
signis externis.*

**D**ocet præterea Parochus populum, quid signet Christma, & cur ex oleo olivæ ac balsamo conficiatur; quemadmodum docebit Enchiridion.

CAP. XIII. *De Sacrosancta  
Eucharistia.*

**E**ucharistia, unicum illud piarum mentium solarium ac delicium, hac deploratissima tempestate, execranda infania ac abominabili prophanatione hæreticorum, de re tanta quodlibet communiscentium, plerisque quodam modo in nauseam vertitur: adeo, ut (quod dolentes referimus) multi nunc sint, qui non tantum hunc panem vitæ, qui de cælo descendit, accipere non desiderent, sed & avertentur; homines, solo nomine Christiani, re ipsa vero Capharnaitis ipsis deteriores; etiam quos post acceptam noticiam veritatis, voluntarie in Filium Dei peccantes, ac Corpori Dominicano & Sanguini contumeliam inferentes, terribilis quædam expectatio judicii, & ignis æmulatio (quæ consumptura est adversarios) manet.

CAP. XIV. *Quid docendus populus  
in hujus Sacramenti ministracione.*

**D**ocendus est itaque populus Christianus, certissima fide credere, quod in hoc Sacramento sit verum Corpus & verus Sanguis Christi Iesu. Neque enim veritas mentitur, quæ apud Matthæum, Marcum & Lucam, hoc Sacramentum instituens ac porrigit, simplicissime dixit: Accipite & comedite; Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur; Hic est Sanguis meus Novi Testa-

menti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum; Hoc facite in meam commemorationem. Sic docet Paulus *I Cor. IO.*

Apostolus: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio Sanguinis Christi est? Et Panis quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini est? Vnde consequitur, in Eucharistia totum esse Christum, quanquam ibi sit sub ratione cibi & potus. Qui enim tradidit verum Corpus & Sanguinem, haud dubie tradidit vivum. Quare, si credimus, in sepulcro Divinam naturam non fuisse separatam ab examini corpore, quanto magis credemus, eam à vivo corpore non esse separatam in Sacramento?

CAP. XV. *Quibus persuasum est,  
utramque speciem Laicum participare  
oportere, quomodo docendi.*

**V**bi sunt, quibus contra Ecclesiæ consuetudinem persuasum est, oportere Laicos participare Corpus & Sanguinem Domini sub utraque specie; ibi docebit Parochus hos qui gravatam habent conscientiam, Corpus & Sanguinem Domini in altera tamen specie, perfecte consistere; adeo ut Laicus, qui sub specie panis communicat, non tantum Corpus, sed & Sanguinem Domini, non minus recipiat quam qui capit sub utraque specie & panis & vini: Ecclesiæ quoque Laicis unam tantum speciem dare, quod, pro reverentia ipsius Sacramenti & salute fidelium, Ecclesia (cui dispensatio Sacramentorum Dei commissa est) sic videtur expedire. Nam, quum nullatenus ambigendum sit, sub specie panis non tantum carnem, nec sub specie vini Sanguinem tantum, sed sub qualibet specie totum Christum contineri; cur se Laicus iudicio Ecclesiæ, quam Dominus audiri voluit, non submittet? quæ non temere, sed multis rationibus permota, decrevit, salubrius esse, ut non tantum populus, sed & Sacerdotes non sacrificantes, Christum sub una potius specie, quam sub duabus, perciperent. Quid enim panis vinique species aliud sunt post consecrationem, quam species Sacramentales & accidentia sine subiecto? ut non habeat Laicus, cur queratur, sibi alteram subtrahiri speciem, ubi totum, quod sub utraque specie continetur, integre accipiat. De qua re alibi latius dicetur.

*Ex Concil.  
Constit.*

*Matt. 18.*

*Amb. de  
Sacra. c.  
reverore. de  
conf. diff.*

*2.*

CAP. XVI. *De veneratione sacro-sanctæ Eucharistie.*

**E**t, quoniam in hoc Sacramento Christus continetur, cohortandus est populus, ut ad hæc mysteria, contremiscens, quum in celebratione Missarum elevatur Hostia salutaris, se reverenter inclinet, corporeque humiliante

*Matt. 26.*

*Marc. 14.*

*Luka 22.*

*Testa-*

*Hono. 3. c.  
fam. de  
celeb. Miss.  
Ex Conc.  
e. Pres.  
de conf.  
diss. 2. in  
c. sane.*

mente adoret Crucifixum ; facturus idem, quum Presbyter defert ad infirmum Eucharistiam ; quam ob id paratam semper habere debet, ut, quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne fine communione decedat. Quod faciens, decenti habitu induitus, hanc salutarem Hostiam palam ac honosifice ante pectus cum omni reverentia & timore ferat & referat, lumine semper praecedente, ut hoc signo populus intelligat, illic eum esse presentem qui est candor lucis aeternae. Hac denique sacrosancta Hostia reponatur in loco singulari, mundo & signato ; honorificeque collocata, devote ac fideliter conservetur.

C A P. X V I I . *Quomodo tantum miraculum in hoc Sacramento fiat, populus docendus.*

*I Cor.  
II.  
Ioan. 6.*

D Ocendus item est populus ; quod tantum miraculum in hoc Sacramento virtute Christi fiat, non ex merito Sacerdotis. Quod & in ceteris Sacramentis obtinet. Nam intra sanctam Ecclesiam Catholicam, in mysterio Corporis Christi, nihil a bono magis, nihil a malo minus, perficitur Sacerdote : quia non in merito confecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute Spiritus sancti. Si enim in merito esset Sacerdotis, nequam ad Christum pertineret. Nunc autem, sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit Carnem, & transit vinum in Sanguinem. Sed hoc tantum interest, quod malus Sacerdos sibi tantum nocet, indigne tanta mysteria tractans. Nam quod ad veritatem Corporis Domini attinet, ita percipit hic cui dicit Apostolus, Qui manducat indigne, iudicium sibi manducat ; sicut is cui dicitur, Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in eo.

C A P. X V I I I . *Quomodo admonenda plebs, ad sumendum Eucharistiam accedens.*

*I Cor.  
II.*

P Retera instituenda plebs est, quod Eucharistia sumenda sit ; & in primis admonenda, quam grave crimen sit, ad tanti Sacramenti participationem indigne accedere. Nam Apostolus ait : Quicunque mandaverit panem hunc & biberit Calicem Domini indigne, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. Et iterum hanc horrendam sententiam congerminans : Qui, inquit, manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini. Ideoque (uti subjicit) multi inter vos infirmi & imbecilles sunt, & dormiunt multi. Quod si nos ipsos dijudicaremus, non utique judicaremur.

C A P. X I X . *Qui ad hoc Sacramentum participandum admittendi.*

P Roinde nemo admittendus est, nisi ejus conscientia Parocho sit, aut cui potetas super hac re legitime facta est, per exomologis explorata, & qui penitenti ac contrito corde Corpus Domini dijudicans acceperit; quod jubet Apostolus, quum ait : Probet *I Cor.* autem semetipsum homo, & sic de Pane illo *II.* edat, & de Calice bibat ; ne cum Iuda, qui *Ioan. 13.* cenae Dominicæ ad iudicium interfuit, locum diabolo præbeat. Mens ergo ab omni affectu peccandi longe absit. Nam, si adhuc *Aug. 1.* habet voluntatem peccandi, gravatur magis *quoti, de* *Eucharistiae perceptione, quam purificatur.* At contra, quamvis quis peccato mordeatur, *conf. diss.* si tamen peniteat, & de cætero peccandi voluntatem nullam habeat, confidens de *2.* Domini miseratione, accedat ad Eucharistiam intrepidus & securus.

C A P. X X . *Quatenus, alteri quam suo Parocho confessus, ad Eucharistiam admittendus.*

Q Vi alteri quam suo Parocho confessus est, is, si non facta Confessionis suspensus habeatur, testimonium adferet, se confessum esse. cuius etiam conscientiam verus ipse Parochus in principalibus Christianismi articulis excutere non omittet. Ac generaliter singuli Parochiani rudiiores, anno saltem semel, quum adibunt mensam Dominicam, examinandi prius in praceptis Domini, articulis fidei, oratione Dominicana, ac Ecclesiæ Sacramentis, maxime Baptismi & Eucharistiae.

C A P. X X I . *Intra annum saltem semel communicandum.*

E T, ut cohortandus est populus, quo saepius numero communicet, quemadmodum olim singulis diebus Dominicis fieri consuevit ; (quod quidem nunc quo minus fiat, per Laicos stat, quibus non debet celestis ille cibus invitatis aut naufragiis obtrudi;) ita ut minimum populus ipse in disciplina Ecclesiastica retinendus est, ut saltem toto anno semel ab omnibus, qui ad discretionis annos pervenissent, Confessis & Contritis, Eucharistia summa cum reverentia suscipiantur. Olim, qui non communicassent in anno saltem ter, in Pascha videlicet, Pentecoste, & Natali Domini, inter fideles Catholicos non connumerabantur : sed quam sensim omnis penè refrixerit charitas, in hoc quoque Ecclesiastica disciplina cœpit esse remissior.

C A P.

**C A P . X X I I .** *Quorum admoneri populus, hoc Sacramentum participaturus, maxime debeat.*

*August. c.  
timorem  
de confis.  
diff. 2.  
Matt. 26.* **O**MNIUM autem maxime instruendus est populus, ut recta fide accedat, sermoni Domini firmiter credens, quo nos edocet Christus, dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur; Hoc facite in meam commemorationem. Quibus verbis & veritatem sui corporis adstruit, & creditibus, dignaque fuscipientibus, remissionem peccatorum promittit; jubens, ut hoc faciamus in suam commemorationem. Porro, anima, que fidem habet, & ejusmodi Christi verbis credit, in memoriam Christi Sacramentum edit, quem secum recognoscit, quemadmodum unigenitus Filius Dei, ob perditum hominem Deo Patri reconciliandum, & delendum quod contra nos scriptum erat chirographum, de celo descendenter, semetipsum exinanivit ac humiliaverit, factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem Crucis. In quo maxima erga nos Dei caritas commendatur, qui unico Filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis à peccati & satanae vinculis redimendis tradidit illum. Talem ergo fidem & affectum, Deo fuggente, præparare debet in animo suo is, qui Eucharistiam percipit.

**C A P . X X I I I .** *Docendus quoque cur hoc Sacramentum sub specie panis & vini institutum sit.*

*August. in  
sermone  
de dedica-  
tione Ec-  
clesiae.* **N**EQUE interim negligendum, sed perpetuo inculcandum erit, hoc Sacramentum Corporis & Sanguinis Dominici, sub specie panis & vini institutum esse, ut, præter veritatem Corporis & Sanguinis, quæ in eo continetur & recipitur, quoddam etiam extimum signum nativæ dilectionis & charitatis excitandæ in nobis foret; quemadmodum divisus Paulus inquit: Quoniam unus Panis & unus Corpus multi sumus, qui de uno Pane & de uno Calice participamus. Quamobrem ab hujus convivii spirituali participatione longe absunt, qui invidiæ vel odii veneno infecti aut iracundiæ furore repleti fuerint. Monendi itaque sunt qui communicare desiderant, ut, deposita omni similitate, diligent alterutrum, uti unius corporis membra, ut non sit schisma in corpore, sed in id ipsum pro invicem sollicita sint membra.

**C A P . X X I V .** *Quomodo singulis Dominicis diebus plebs ad audiendam Missam se præparabit.*

*c. hoc  
attenden-* **D**OCENDUS quoque populus, ut, qui juxta antiquum Ecclesiae ritum, singulis Do-

minicis diebus ad communicandum Corpori & Sanguini Dominico non se præparat, Missæ faltem Parochiali, hisce aliisque festis diebus, interfit; ut, tametsi inter sacrificantem & afflentes non sit (more illo antiquo) tam frequens Sacramentalis communio, sit faltem sacræ doctrinæ, piæ exhortationis, preicationis, laudis, & gratiarum actionis communio; ut sic quodammodo omnes spiritualiter communicent, cum desiderio etiam sacramentaliter communicandi. Ne vero populus ab hac Missa Parochiali, & ab auditione verbi Dei distractatur; placuerit Nobis, ut, si que sint aliae Missæ legendæ die Dominicæ, hæ inchoentur primum post verbi prædicationem finitam; quemadmodum latius in visitatione secundum diversorum locorum mores ordinare studebimus.

**C A P . X X V .** *Docendus populus generatim, quid agatur in Missa.*

**D**OCENDUS populus generatim, quid agatur in Missa, & quibus partibus confert. Constat siquidem psalmodia, quem vocamus Introitum, invocatione & gloriofa celebrazione sanctissimæ Trinitatis, quæ in Canticis, *Kyrie eleison, & Gloria in excelsis Deo*, peraguntur; preicatione seu collecta, recitatione verborum Propheticorum aut Apostolicorum, quam vocamus Epistolam; sacris Canticis, quæ vocamus Gradualia & Alleluia, & quæ sequuntur, lectione Euangelica, Symboli recitatione, seu professione fidei Catholicæ; Canticò, quod non sine mysterio Offertorium appellatum est; Gratiarum actione, quæ dicta est Præfatio, religiosa commemoratione mortis, consecrationeque Corporis & Sanguinis Dominici, quæ fit in Canone; rursus preicatione, inter quas est precatio Dominicæ: sequitur osculum pacis, Symbolum Christianæ charitatis; mox communio; rursus sacram Canticum, quod Commune appellatur, & Precatio. Postremo loco, Sacerdos totum populum, velut in suam tutelam receptum, Deo benedictione tradit atque commendat, ut perseveret in affectu pietatis mutuaque charitate. quorum quum admonetur populus, incipiet, nedum credere, sed & sentire, quod in Missa nihil non sit pium ac venerandum.

**C A P . X X VI .** *Corripiendus abusus eorum, qui ante finitam Missam irreverenter discedunt.*

**C**ORRIPIENDUS verò abusus est, quod quidam post adspersam aquam & ante Missæ introitum, exitum faciunt; quidam, post auditum & non intellectum Euangelium, abeunt; aliique, posteaquam Sacerdos dixit, *Seruum corda, & Gratias agamus*. Atqui turn

*dum, de  
conf. diff.*  
*§.*  
*Ex Conc.  
Carth. c.  
sacer. de  
conf. diff.*  
*1.*

*O* præ-

Cyprian.  
c. quando  
autem de  
conf. diff.  
I.

c. omnes  
fideles de  
conf. diff.  
I.

principue populi partes erant, quando, submis-  
sus legente aut tacente Sacerdote, quisque  
cum Deo loquitur; denique alii, statim post  
elevationem Corporis & Sanguinis Domini-  
ci, non expectantes principiam Missæ par-  
tem, quæ est communio. Antiquissimus ergo  
Canon populo rememorandus est, qui sic ha-  
ber: Omnes fideles, qui in solemnitatibus sa-  
cris ad Ecclesiam conveniunt, & Scripturas  
Apostolorum & Euangelium audiant. Qui  
autem non perseverant in oratione, usque dum  
Missa peragatur, nec sanctam communionem  
percipiunt, (quam Nos, ut non exigimus  
quotidie sacramentalem, saltem spiritualem  
à populo requirimus,) velut inquietudines Ec-  
clesiae commoventes, convenit communione  
privari.

C A P. XXVII. *Docendus populus,  
quale sit Missæ sacrificium.*

August. de  
Trinit. &  
in Psalm.  
20. c. se-  
mel de  
conf. diff.  
2. & duo  
bus se-  
quen.  
1 Pet. 3.  
Rom. 6.

Docendus item est populus, quale sit Mis-  
sa sacrificium; nempe representativum.  
Semel quidem Christus mortuus est, justus  
pro iustis: semel in manifestatione sui cor-  
poris, in distensione suorum membrorum om-  
nium, verus Deus & verus homo, semel ta-  
men in Cruce pependit, offerens Patri semet-  
ipsum hostiam vivam & passibilem, immorta-  
lem, vivorum & mortuorum redemptions ef-  
ficacem. Et scimus, quia Christus, resurgens  
à mortuis, jam non moritur; mors illi ultra  
non dominabitur. Et tamen quotidie immo-  
latur in Sacramento; non quod toties Chri-  
stus occidatur, sed quod illud unicum Sacrifi-  
cium mysticis ritibus quotidie renovetur,  
quotidianaque recordatione mortis Domini  
(qua liberati sumus) in edendo & potando  
Carnem & Sanguinem, quæ pro nobis oblata  
sunt, hoc ipsum repræsentetur, quod olim fa-  
ctum est: facitque oblatio ista Sacramentalis,  
moneri nos, tanquam videamus præsentem  
Dominum in Cruce, elicientes subinde nobis  
ex illo fonte inexhausto gratiam salutarem:  
immolamusque hostiam pro vivis & defun-  
ctis, dum pro illis Patrem per Filii mortem  
deprecamur.

C A P. XXVIII. *Exequiae ac Missæ  
pro defunctis, quando & cum qua  
admonitione celebrande.*

Exequias ac Missas, quæ pro defunctis  
peculiariter dicuntur, malum in altum  
diem transferri, quam die Dominico celebra-  
ri; nisi tamen plebs diei translatione gravare-  
tur. In quibus etiam ad populum fiat admo-  
nitio, declareturque, quibus potissimum mo-  
dis, Dei misericordia pro animabus ambien-  
da sit; sic, ut interim admoneantur hi, qui fu-  
nebres pompas ac Missas, gloriae tantum au-

cupandæ causa, instituant, perdere mercedem  
suam. Debet quoque plebs doceri, pius esse, c. non aperte  
quemadmodum ab Apostolorum temporibus ma. c.  
Ecclesia (quæ columna & firmamentum veri-  
tatis est) & docuit & observavit, pro defun-  
ctis Domum exorare, & eleemosynas in si-  
nus pauperum elargiri; atque hæc eis prodef-  
se, qui in communione Ecclesiae & signo pa-  
cis decesserunt, & qui, cum viverent, hæc si-  
bi ut postea possent prodefesse, cooperando  
meruerunt.

C A P. XXIX. *Qui ad Exequias  
evocandi.*

A D Exequias, quæ extra Civitatem No-  
stram Coloniam celebrantur, non evo-  
candi Monachi, nec ista cohors levium ac in-  
dignorum Sacerdotum: aut, si evocentur, vi-  
dendum ipsis, ne lasciviant. Quanquam Nobis  
magis proberet, ut, qui volet, pietate ductus,  
multiplicari pro defuncto preces, is Monachos in suis Monasteriis, ac Clericos singulos  
in suis templis, permanere finat, ibidemque  
preces ac Missas peragere. Quonam enim  
spectat concursus ille, interdum, quam par est,  
immoderior, quam ad captandam auram po-  
pularem? Cavenda vero summopere post Exe-  
quias delicata convivia, crapulæ ac comedia-  
tiones, ne Deus, placandus, magis irritetur.

C A P. XXX. *De Pœnitentia partibus.*

I N Sacramento Pœnitentia explicando, ac  
recte ministrando, maturitate multa ac di-  
ligentia opus est. Veteres Orthodoxi Pœni-  
tentia partes tres nobis tradiderunt, Contri-  
tionem, Confessionem, ac Satisfactionem, seu  
fructum Pœnitentia dignum. Quanquam Pœnitentia, quatenus Sacramentum dicitur,  
potissimum in absolutione Presbyteri confi-  
stat, qua ille, ex virtute verbi & clavium, sibi  
à Christo traditarum, peccatorem pœnitentem,  
& in misericordia Dei sperantem, à pec-  
catis suis absolvit. de quibus paulo latius in  
*Enchiridio* dicemus.

C A P. XXXI. *Prima Pœnitentia  
pars, Contritio, in suggesto semper  
pertractanda.*

P Rima Pœnitentia pars, quum omnis Eu-  
angelicæ prædicationis exordium sit, nun-  
quam non est in suggesto pertractanda. Hac  
enim configitur ab ira Dei ad misericordiam;  
hac convertimur ab operibus mortuorum ad  
Deum viventem, hac subducimur à peccati ac  
diaboli laqueis, ac concorporamur Christo.  
Vnde à pœnitentia præcursor Ioannes, deinde  
Christus ipse, ac Princeps Apostolorum Pe-  
trus, prædicationis Euangelicæ doctrinam  
sunt exorsi. Pœnitentia autem tum recte præ-  
dicatur,

*Rom. 2.* dicitur, quum arguuntur sceleris ac flagitia per verbum Dei, & incutitur populo timor iræ, indignationisque ac justi judicij Dei, certo certius manentis eos, qui male agunt, ac male agendo perseverant. Subinde vero vino oleum miscendum est, ut ex animo vereque territis ac conversis promittatur gratia ac misericordia. Ad eum modum Paulus, ad Ephesios scribens: Hoc, inquit, seitate, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. nemo vos seducat inanibus verbis: propter haec enim venit ira Dei in filios dissidentiae. nolite ergo effici participes eorum. Et iterum ad Galatas: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, æmulationes, rixæ, iræ, dissensiones, secessæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comesstiones, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædicti, quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

**C A P . XXXII. Neminem non ad Paenitentiam invitari.**

*Ioan. 6.* **I** Am, quanquam nemo convertatur ad Dominum nisi traxit per Patrem, attamen nemo hic excusationem prætexat quod non trahatur: quod ille semper sit ante ostium pulsans; nimis per internum & externum verbum commonens, ut convertamur à via nostra pessima; & inclamans, quoniam ira, indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, gloria autem & honor & pax omni operanti bonum. Hic concussis conscientiis commonstrandus est Samaritanus ille, qui infundit vinum & oleum; qui sanat omnes contritos, & alligat omnes contritiones eorum. Filioi mei, inquit divinisimus *Psal. 146.* Ioannes, hæc scribo vobis, ut non peccetis. sed &, si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum justum; & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed & pro totius mundi. Hæc est doctrina, quæ docet mori mundo, & vivere Christo.

**C A P . XXXIII. Presbyter, qui à Confessionibus est, qualis esse debeat.**

**D**E Confessione, & quotplex sit, alibi dicemus. Tantum, quod ad eam, quæ Sacerdoti privatim sit, attinet, paucis admonebimus. Primum, magnopere necessarium judicamus, ut Sacerdos, qui à Confessionibus est, sit integer, eruditus, ac silentii tenax: alioquin, si ad quæstum intentus sit, si ad malum sollicitet, si curiosior explorator sit, si pertinacibus

blandiatur, si intricata conscientiam extri- care nesciat, si denique vel ebriosus, vel iracundus, vel levis, vel secreti minime tenax, dissipandis magis quam pascendis ovibus vi- debitur idoneus.

**C A P . XXXIV. Quid confitentem docebit Presbyter Confessarius.**

**I**Mprimis autem, qui huic muneri intentus est, docebit confitentem, ne ambiguis ac perplexis sermonibus se remoretur, & per contando cogatur velut expiscari crimina, (quod sæpen numero periculose est,) sed simpliciter, tanquam coram Deo, aperiat lethalia crimina, & qua conscientiam onerant ac lœdunt; quod ea, quæ contra conscientiam aguntur, ædificant ad gehennam. Atque ibi maxime opus est Sacerdote judge, discernente inter lepram & non lepram. *Rom. 14.*

**C A P . XXXV. Remedium pro ratione morbi adhibendum.**

**Q**Vod omnibus Christianis præcepit Paulus, dicens: Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimis, suscipite infirmos, patientes estore ad omnes; hoc eum, qui à confessionibus est, maxime convenit obserbare; nimis ut consolando erigat pusillanimis per immenam Dei misericordiam; præfractos autem objurget, tremendumque Dei judicium ante oculos ponat. Denique, uti prudentissimus Medicus, pro morbi qualitate temperabit medicinam; obfuturus magis quam profuturus, si putaverit uno collyrio omnium mederi morbis. Monendi ergo, qui confitentur, singuli secundum ordinem, statum, ac ætatem, atque id per locos quoddam communes, ex Scriptura de promptos; quos in numerato habere debet Parochus.

**C A P . XXXVI. Nimiris anxi, quomodo tranquillandi.**

**Q**Vi nimis anxi sunt in repetenda confessione, vel iteranda apud alium Sacerdotem, vel etiam in enumerandis circumstantiis; quales sunt quidam, qui, quantumvis confitendo, conscientiam tamen vix tranquillare possunt; docendi erunt, Deum (cui omnia patent) sinceritatem tantum cordis à nobis requirere, nec tam severum esse exactorem, qui conscientiam, ob unam vel ob aliam delicti circumstantiam, inter confitendum non dedita opera neglectam, perpetuo turbatam esse velit. Nam, quis omnes erratus suos enumeraverit? quemadmodum David ait: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine. *Psal. 18.*

CAP. XXXVII. *Moderatio in casibus reservatis.*

**I**N occultis delictis, ex reservatione casuum, compertum habemus, non nihil mali interdum accidere; vel quod peccator, non habens in promptu Sacerdotem qui illum absolvat, confiteri vel differt vel contemnit; vel quod, qui minores aetate sunt vel mulieres, difficile adducantur, ut ex suis Parochiis non sine leviuspicio ad Nos seu Commissarios Nostros proficiantur. Quare, ut consilium & recundia & famae, vixum Nobis est, hanc potestatem nostram absolvendi a peccatis & casibus nostrae absolutioni reservatis, (occultis tamen) omnibus Parochiis per Diocesim nostram constitutis, rite vocatis, delegare; modo tamen Vicariorum nostrorum in Pontificalibus consilium requirant ac adhibeant: Nostris tamen Suffraganeis potestatem facientes, alter in Diocesibus suis, uti consultius videbitur, super hac re ordinandi.

CAP. XXXVIII. *Publicæ pœnitentiae usus in Ecclesiam revocandus.*

**I**N publicis vero criminibus, quemadmodum necesse est, ita jubemus ad Canones antiquos publicæ pœnitentiae regredi, atque adeo ad Christi & sui discipuli Pauli institutum reverti, qui ad Corinthios exemplo ostendit, quomodo oporteat Ecclesiam, in publicè peccantem, animadvertere, donec ipsi publice peracta pœnitentia satisfecerit. de quo fuisus dicemus, sub titulo, de Iurisdictione Ecclesiastica contentiofa.

CAP. XXXIX. *Recitata Confessione, quid a gendum per Parochum.*

**P**raetexta Confessione, sub absolutionem Sacerdos monebit Confitemtem, ut, quod admissum est, detestetur, ut sic deinceps vitam instituat, ne in illum lethale crimen post-hac incidat; quemadmodum Christus ad mulierem dixit: *Vade, & noli amplius peccare.* Vtque, eum affectum habens, credit, per Dei misericordiam virtute Sanguinis Christi, per absolutionem imparienda in verbo ejus, sibi remissum iri peccata. Injungat etiam illi, fructum dignum pœnitentia facere; ac tum denique imponat manum, ac absolvat Confitemtem.

CAP. XL. *In Matrimonii Sacramento quid agatur.*

**D**um Matrimonio jungunt Parochi virum ac mulierem, docebunt, Matrimonium

institutum esse a Deo, confirmatum per Christum, ut Genesios secundo & Matthæi <sup>Gen. 2: 19</sup> legimus. Quod Sacramentum, si quis, sicut decet, acceperit, accedente sacerdotali preicatione, confert donum Spiritus, quo vir diligat uxorem amore casto, sicut Christus dilexit Ecclesiam; mulier vicissim, propter Christum, amet reveraturque virum suum, uti Dominum; uterque liberos (si dentur) summa cura instituant ad Christianam pietatem. Copiosam monendi materiam Paulus, ad Ephes. 5, subministrat.

CAP. XLI. *Quemadmodum monendi sunt, qui Matrimonium contrahere affectant.*

**Q**um Matrimonium ante lapsum Adæ proper procreandos liberos institutum, ac benedictione Dei firmatum sit, qua dixit ille; Crescite & multiplicamini, & replete terram; peculiariter autem homini; Erunt duo in carne una; propterea relinquet homo patrem & matrem suam, & adhæredit uxori sua; nec ratio conjunctionis seu benedictio post lapsum defecerit; sed tantum, quod fānis potuit esse officium, id agrotis factū etiam sit remedium, dum utriusque sexus infirmitas, propendens in ruinam turpitudinis, recte excipitur honestate nuptiarum; quemadmodum divus Paulus ait; *Vnusquisque uxorem suam habeat propter fornicationem, nimurum vitandam:* Monendi sunt, qui Matrimonium contrahere affectant, ne alius effectus ipsos hoc rapiat; ut sit honorabile conjugium ac cubile impollutum. Nam si neque ob prolem suscitandam, neque ob fornicationem vitandam, sed potius divitiarum aut opum nanciscendarum aut alterius rei gratia, Matrimonium contrahatur; perperam agitur, ac gravior in Sacramentum peccatur. Hic, quæ Tobiae 6, 7 & 8 scribuntur, enarrari, proponi, ac doceri conveniet. Vbi locus pulcherrimus est, exemplo commonstrans, quemadmodum bona uxor donum Dei sit, debitum timenti Dominum; quomodo in timore Dei apparentibus, non luxuriæ causa, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen Dei in secula, petenda; quo pacto, conjugii conscriptione facta, tradenda; quemadmodum etiam convivium nuptiale cum laude & benedictione Dei agendum; denique, quomodo precandus sit Deus per conjuges, ut benedictionem suam in ipsis, quos conjunxit, impleat. Hæc enim decent sanctorum filios; qui non debent ita conjungi, sicut gentes quæ ignorant Deum. Eritque horrendum illud exemplum, de septe Saræ viris, à dæmonio occisis, replicandum. His namque (ut Raphael Angelus apud Tobiam ait) qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se & sua mente excludant, & suæ libi-

1 Cor. 5.

Iohann. 8.

Jibidini ita vident sicut equus & mulus in quibus non est intellectus, dæmonium malum dominatur. Quamobrem vehementer comprobamus illum morem, quo, Matrimonio jungendi, ante Ecclesiasticam conjunctionem jejunio se præparant, & sacram Eucharistiam sumunt.

CAP. XLII. *Matrimonium tria complecti.*

*Aug. de Genesi ad litteram lib. 9. c. 7. tom. 3.* **D**Ocendi itaque breviter, Matrimonium tria complecti, fidem, prolem, & Sacramentum. In fide attenditur, ne, præter vinculum conjugale, cum altera vel altero concubatur, in prole, ut amanter suscipiat, benigne nutritur, religiose educetur. in Sacramento autem, ne conjugium separetur, neve dimisus aut dimissa, etiam prolis causa, alteri conjungatur.

CAP. XLIII. *Pium votum, & in clandestine contrahentes censura.*

*Ex Catech. non. Ema- risti.* **O**ptandum, ut Canon Euaristi Pontificis Concilio generali renovetur, tollanturque illa clandestina matrimonia, quæ, invititi parentibus ac propinquis, Veneris potius quam Dei causa contrahuntur. Nam quanta ex his clandestinis matrimonii mala suboriantur, in aperto est. Interea vero, donec Ecclesia de hoc prospiciat, si non irrita, prohibita saltem sint; & poenæ Canonicae, hoc est, excommunicationi, contrahentes & qui his ope aut consilio adfuerint, subjaceant: quam nec tam facile, nisi Ecclesia satisfiat, tolli, admodum expedire, Nobis videtur. Quantum fieri potest, cavebit Parochus, ne liberos citra parentum autoritatem conjungat. Quod si parentes negligentes fuerint, aut, in admittendo matrimonio jam contracto, rigidiiores negatores; admonebit eos, ut liberos matura aetas elocent, neve vinculo, jam per Ecclesiam indissolubili, pertinacius oblucentur.

CAP. XLIV. *Coniunctione conjugum in facie Ecclesia peragenda.*

*I Cor. XI.* **C**Oniunctionem, per Sacerdotem, cum benedictione sacerdotali ac precibus, inter Missarum solemnia in templo secundum antiquos Canones & Ecclesiasticum ritum fieri, decernimus. Superbia ac fastu tumidis, qui in privatis domiciliis malunt quam in templo, ubi Ecclesia convenit ac conjungendis bene precatur, copulari, quis non inepte opposuerit illud Paulinum: Num Ecclesiam Dei contemnit? Nec Sacerdos antè quoilibet coniugio jungat, nisi edictis aut proclamationibus tribus, publice è suggesto ad populum factis,

præcedentibus, ob multas ac varias fraudes evitandas. Contra hæc haud facile, sed tantum ubi ratio admodum necessaria hoc ipsum fieri postulaverit, idque non nisi causa cognita, dispensabitur.

CAP. XLV. *Peregrinos & ignotos, sine legitimo testimonio, non conjungendos.*

**P**eregrini & ignoti non conjungantur, nisi legitimis testimoniosis doceant, se, ubi ante versati fuerint, nullis matrimonii vinculis adstringi, ipsisque per suum Parochum licere, per alium Parochum copulari.

CAP. XLVI. *In gradibus consanguinitatis ac affinitatis, Concilium generale observandum.*

**Q**uod ad gradus consanguinitatis ac affinitatis attinet, qui matrimonium contra hendum ac contractum dirimunt, decretum Concilii generalis observabitur. Hic si Parochi in dinumeratione graduum addubitaverint, peritores consulent. Vbi Romanus Pontifex dispensatorio diplomate matrimonium, secus contractum, approbandum jussit, examinentur causæ diligentius, quæ dispensationem extorserunt. Quæ si comperiantur aliter, quam narratum est, se habere, non dubium est, dispensationem nullius roboris esse.

*Ex Concilio generali non debet de consan. & affi.*

CAP. XLVII. *Ludicra tollenda.*

**L**VDICRA illa, quæ in templis post coniunctionem Sacerdotalem fieri consueverunt, veluti in pulsando sponsos, atque alia ejusdem generis, penitus tollantur. Nam res feria, quam Deus ipse instituit, benedixit, inviolabilemque decrevit, agitur.

CAP. XLVIII. *De sacro Ordine dictum esse prius.*

**D**E sacro Ordine, & quæ salutaris gratia hoc Sacramento conferatur, quæ denique in eodem Sacramento conferendo observari oporteat; titulo primo, qui de munere Episcopali est, abunde diximus.

CAP. XLIX. *Cur adhibeatur Extrema unctio.*

**R**ESTAT Extrema unctio, quæ (quoniam in morte extrema lucta est) adhibetur, ut vel convalescat ægrotus, si Deo ita visum, vel fide bona spe obdormiat in Domino.

C A P. L. *Quomodo impendenda  
Vnctio extrema.*

**E**st autem Vnctio impendenda cum expositione Vnctionis & mandati Apostolici, quod sic habet: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiae, ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei. Postremo loco adhibebit Parochus admonitionem preparationis ad mortem; quemadmodum Enchiridion docebit.

Iac. ult.

C A P. LI. *A sepultura nemo, in communione decadens, repellendus.*

**Q**uod ad sepulturam attinet, quis poterit negare, rem longe piissimam esse, & in veteri & in nova lege accurate observatam, ut Christianorum (qui spem resurrectionis habent) corpora, non pecudum more disjiciantur, sed in cœmeterii sinum recondantur,

Gen. 23.  
25.c. ex parte  
de sepult.

quod etiam alto mysterio non caret? Ab hac ergo sepultura nemo Christianus, qui in communione decepit Ecclesiae, arretratur, et si casu mortuus fuerit. Quum enim communicabatur viventi, & mortuo communicandum est. Soli vero haeretici, excommunicati, publici latrones, & hi, qui sibi mortem, criminis conscientia adacti, consicerunt, & quos in peccato letali, nullis penitentiae signis praecedentibus, decepsisse constiterit, prohibeantur.

C A P. LII. *Quam admonitionem in sepulturis & exequiis fieri oporteat.*

**I**n sepulturis autem & Exequiis, mortalitas atque hujus calamitosæ vita admonitio diligens fiat; atque excitandi inter alia praesentes, ut recognitent, sibi eodem modo hinc excedendum esse, se in hac terra peregrinos agere, aliam autem inquirere, ad quam semper oportet suspirare. Nam, quo pacto ad exorandam pro defunctis Dei misericordiam commonendi sint, supra diximus.

Heb. II.

## P A R S O C T A V A.

C A P. I. *De vietu Parochorum.*Ex Conc.  
Tolet. II.  
c. 8.Matt. 10.  
Ex Conc.  
Tribu-  
rensi ac  
Varense.  
c. in Eccle-  
siastico. c.  
principien-  
dum 13.  
q. 2.

**S**uperest, ut de vietu Parochorum dispiciamus. Hic in primis, quod Christus docuit, & sacri Canones maxime serio præcepunt, præmittendum duximus: nempe ut Sacraenta Ecclesiastica gratis ministrentur; dicente Domino: Gratis accepistis, gratis date. Quamobrem neque pro baptizandis consignandisque fidelibus, neque pro collatione Chrismatis, vel promotionibus graduum, neque aliis Sacramentis distribuendis, precia quælibet vel præmia, nisi quid voluntariè offeratur, recipienda sunt. Neminem quoque ad quætuosas Exequias cogi, aut pro sepultura munus aut preium exigere volumus, secundum Canonicas sanctiones; Custodi interim ac vespilloni de sua mercede nihil detractentes.

C A P. II. *Parochis vietus necessarius  
suppeditandus.*Deut. 25.  
1 Tim. 5.  
Matt. 10.

1 Cor. 9.

**A**t, quum lex Divina præcipiat, non alligandum os bovi trituranti, quod utique, non boum causa sed propter nos dictum, Christus in Euangeliō explicat: Dignus, inquiens, est mercenarius mercede sua. ac Paulus toto capite 9 primæ ad Corinth. confirmat: Quis enim militat suis stipendiis un-

quam? quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? neque enim magnum est, si, qui spiritualia seminant, carnalia etiam mentant. Quamobrem dispiciendum est, ut Parochis, Euangelii prædicatoribus, certa ac competens subministratio vietus & vestitus fiat, idque ad eum modum, ne, in administrandis Sacramentis quippiam exigendo, oneri sint Parochianis, aut cibum, vicatum discurrendo, emendicare cogantur; quo nihil turpis aut fordidius.

C A P. III. *Vicecuratos, quos vocant,  
ex proventibus Ecclesia congruam  
sustentationem recepturos.*

**I**mprimis igitur, qui per Vicarios seu Vicecuratos Ecclesiæ Parochiales regendi potestatem à Nobis acceperunt, iisdem Vicariis tantam, ex proventibus Ecclesiae, partem assignabunt, qua vitam congruè sustentare possint. Quod Nos inter visitandum, pro ratione locorum ac Parochiarum ut fiat, ordinabimus.

C A P. IV. *Qui Ecclesiæ unitas habent,  
Vicariis perpetuis portionem congruam  
affignare oportere.*

**E**cclæsiae Cathedrales ac Collegiatæ, item Monachi seu Religiosi, qui Ecclesiæ

De pre-  
ben. & die  
gnit. lib. 6.

fias Parochiales aut suis Ecclesis vel Monasteriis unitas habent, aut regendas aliis committunt, aut praesentando committi procurant; adeo interdum omnem proventum emun-gunt, ut residui reditus, qui Rectoribus Ecclesiarum permittuntur, nimis tenues sint & exiles. Quamobrem Nostræ curæ erit, ut tan-ta portio Rectoribus ipsis assignetur, unde jura Episcopalia solvere & congruam sustentatio-nem habere possint.

CAP. V. *Vbi reditus non suffecerint, quid agendum.*

*Ex Vien-nensi Con-sal. Clem. fusa.* **V**bi verò reditus Ecclesiarum non suffece-rent, Iuris consilium sequendum putamus; nempe ut duas uniantur; aut, si id grave videbitur, faltem una aut plures etiam Vicariae, quæ ad Altaria in ejusmodi Ecclesiis fundatæ sunt, ipsi Ecclesiæ Parochiali (ut vocant) incorporentur; sic tamen, ut, quoad fieri potest, per Parochium, Officium, ob quod Vicariae illæ fundatæ sunt, minime negligatur. Porro, Decimas potissimum Parochis ac Ecclesiæ ministris deberi, non dubium est. Nunc, quum illæ passim à Laicis magna ex parte usurpentur, neque facile ex eorum manibus divelli possint; videndum, num diligenter cohortatione, aut alia via, Iuri consentanea, Parochio, cui Ecclesiæ reditus ad viatum non sufficiunt, hinc aliquid emendandi possit.

CAP. VI. *Denarius consuetus, sed duplicitus, pendendus.*

**P**Ostremo loco, justum ac decens putamus, ut singuli Parochiani denarium illum con-

suetum, sed duplicitum, saltem in anno qua-  
ter, videlicet in festis illis majoribus, veluti in  
Natali Dominico, Paschate, Pentecoste, Af-  
fumptioneque Virginis glorioæ, id est, singu-  
lis festis duos denarios Parocho pendant. Ne-  
que enim tantillum offerre, ulli onerosum esse  
aut videri potest. *Quis enim tam sordidus est,*  
*qui non æquum putet, modicum quid ca-  
duci ac temporalis subministrare illi, à quo*  
*spiritualia ac æterna vicissim repetit?* Certe  
omnes scire debent, eos, qui in sacrario ope-  
rantur, quæ de sacrario sunt, edere; & qui  
Altario deserviunt, cum Altario participare.  
Nam & Dominus ordinavit his, qui Euange-  
lium annunciant, de Euangeliō vivere. Qui se  
unica solutione (que uno Albo Rotato fiet)  
liberare volet, id ipsi liberum esto. Ne verò  
Parochus aut in contentionem aut suspicio-  
nem trahatur, potius hæc pecunia per Eccle-  
siæ economos, aut alios probatae fidei viros,  
colligetur, ac ipsi Parocho numerabitur.

*I Cor. 9.*

CAP. VII. *Laudabilem consuetudi-  
nem Agrippinæ Coloniæ per hæc  
non abrogari.*

**L**Audabilem tamen consuetudinem in Ci-  
vitate Nostra Colonensi erga sanctam Ec-  
clesiam, pia devotione fidelium introductam,  
per has Nostras Synodales Constitutiones no-  
lumus immutare, donec ipsis Parochis intra  
eandem Civitatem de sufficientiori viatu fue-  
rit provisum.

## P A R S N O N A.

CAP. I. *De constitutionibus ac consue-tudinibus Ecclesiasticis.*

**D**E constitutionibus humanis, ac Ecclesiasticis consuetudinibus, magna in praesentiarum in Ecclesia Dei concertatio est; quam Ecclesiæ turbatores, ut Ecclesiæ autoritatem everterent ad nihilunque redige-rent, invexerunt. At populus hic docendus est, sanctorum Patrum regulam sequi; qui diligenter admonent, Traditiones Ecclesiasti-cas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita ob-servandas, ut à majoribus traditæ sunt. Sunt autem illa, quæ, non scripta, sed tradita cu-stodimus, non unius generis; quemadmodum divus Augustinus tradit. Alia enim toto ter-rarum orbe observantur à Patribus, nobis quasi per manus tradita. Quæ quidem putan-

da sunt vel ab ipsis Apostolis, vel ex plenariis conciliis (quorum est in Ecclesia saluberrima autoritas) commendata atque statuta retineri, veluti quod Passio, & Resurrectio, & Ascensio in cælum, adventus Spiritus sancti, & Quadragesima, annua solemnitate celebrantur, quod die Veneris à carnis abstinetur; atque alia multa, quæ ab universis merito observantur. Alia verò, quæ per loca terrarum regionesque variantur; sicut est, quod alii jejunant diem Mercurii, alii non; alii quotidie communicant Corpori & Sanguini Domini, alii certis diebus accipiunt; &c, si quid aliud hujusmodi animadvertisse potest; totum hoc genus rerum liberas habet observationes. quod enim ne-que contra fidem Catholicam, neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter quos vi-vit, societate servandum. Sic divus Ambro-

O 4

fius

*Aug. ad  
Januar-  
rium. c. il-  
la astem.  
i2. dicit.*

suis Augustinum docuit, de hoc altero genere interrogantem. Tu (inquit) ad quamcunque forte Ecclesiam (nimurum in unitate Catholicae Ecclesiae permanentem) veneris, ejus modum serva, si cuiquam non vis esse scandalum, nec quenquam tibi. Sed de his, ac quatenus Ecclesiasticae istae constitutiones obligent, alibi latius dicemus.

C A P. II. *Jejunia, ab Ecclesia indicta, reverenter observanda.*

**I**ejunia ergo, ab Ecclesia indicta, reverenter observari volumus; admonendusque populus, cur sint instituta; nempe ut corpus, per intemperantiam cibi aut potus luxurians, castigetur, in servitatemque redigatur, quo animus vegetior ac liberior laudibus divinis inficit, Divinæque voluntati sese attemperet. Magnum certe & generale jejunium est, abstinere ab omnibus iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus feculi. Ad hoc perfectionis qui nondum pervenit, is Ecclesiæ dictum, hoc vocans, hand contemnat.

C A P. III. *Irridores Ecclesiasticorum jejuniorum refelluntur.*

**Q**vi Ecclesiæ ordinationem irrident, illi que divum Paulum opponunt, quasi <sup>Coloff. 2.</sup> <sup>1 Tim. 4.</sup> is jejunis Ecclesiasticis contradicat, gravissimam utriusque contumeliam (Apostoli doctrinam dedita opera adulterantes) inferunt. Non enim Ecclesia aliquod cibi genus perpetuo interdixit, aut Iudaicum ciborum delectum contra Apostolicam doctrinam invexit: quinimo cum Paulo semper docuit, doctrinam esse demoniorum, cibum aliquem immundum judicare & prohibere, quem Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem; quod scilicet omnis creatura Dei bona sit, & nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sed potius Ecclesia, veteris legis ac Apostolicorum virorum exempla sequuta, jejunia quedam publica certis diebus indixit, jubens tum à carnis abstinere, & cibis aridioribus uti; non quod carnes immundæ sint, sed ut luxui temperetur. Qua de re in Gangreni Concilio, quod non multo post Apostolorum tempora observatum est, pari censura damnati sunt, tum hi qui nonnullos cibos carnium illicitos reputarint, tum illi qui, præter necessitatem corporalem superbientes, jejunia communia totius Ecclesiæ putaverint contemnenda, perfectam in sua scientia rationem vindicantes; quos anathema esse Concilium illud decrevit; atque alia multa, quæ nunc in contentionem rursus vocantur, ut succincte admodum, ita Christianissime Apostolico spiritu definit.

*Ex Conc.  
Gangren.*

C A P. IV. *Ecclesiæ constitutionem charitati cedere.*

**C**VR vero criminantur hostes Ecclesiæ ejus institutum, non videmus, quum ipsa nulli injiciat laqueum; quod hanc constitutionem adeo ligare non velit, ut vel charitati vel necessitatibus minime cedere debeat. Quinimo librum facit, quolibet tempore quibuslibet vesti, modo id vel charitas vel necessitas suadeat, exhibito tamen utriusque Medici, si praefit sint, aut faltem alterius, nimurum animæ, consilio.

C A P. V. *Quid in jejunio potissimum spectandum.*

**I**AM quum in jejunis ratio potius indicatio-<sup>co confi-</sup> nis, quam abstinentia ista à carnis, spe-<sup>lium. de obser-</sup> cietur; admonendus est populus, quum je-<sup>jeju-</sup> junandum erit, non minus sumptuosa & pro-<sup>va.</sup> lixa illa pescium fercula, quam carnium, vitanda; bellaria item illa, magis quam carnes in-<sup>flammantia.</sup>

C A P. VI. *Redarguntur, qui Quadragesima observationem contemnunt.*

**Q**UADRAGESIMA institutio antiquissima est, <sup>Orig. su-</sup> à temporibus Apostolorum ad nos usque <sup>per Levū,</sup> deducta; cuius violatores plerisque generali-<sup>Hieron.</sup> bus Concilii, præsertim Toletano octavo, <sup>adversus</sup> acerrime redarguntur, religionique contrarie <sup>Monta-</sup> monstrantur. Atq; adeo omnes, quotquot sine <sup>Ambro.</sup> inevitabili necessitate seu fragilitate, evidenti- <sup>in serm.</sup> que languore, seu etiam impossibilitate ætatis, <sup>de Qua-</sup> diebus Quadragesimæ esum carnium attentare <sup>dragis-</sup> præsumperint, alienos à sancta communione <sup>ma 36.</sup> decernit, quod sacris diebus abstinentiæ obli- <sup>Ex Cont.</sup> ti sint, disciplinam ac Quadragesimæ dies <sup>Toleta. 8.</sup> (quæ anni totius Decimæ putantur, quæ & in oblatione jejunii Domino consecrantur) temerarie prophanaverint. Quos vero aut atas incurvati, aut languor extenuat, aut necessitas arcat, non ante prohibita violare præsumant, quam, a Sacerdote permisum esse, percipient.

C A P. VII. *Litanie & Rogationes cur institute, & quomodo populus admonendus sit.*

**L**ITANIAS, id est, supplicationes seu Rogationes, <sup>Ex Cor-</sup> indicte triduano jejunio ante Do-<sup>eil. Ard.</sup> mini Ascensionem, Patribus placuit celebrari: c. 23. quibus omnes interesse jubentur, ut quemadmodum omnes peccaverunt, sic & omnes provenient supplicant, omnesque ad Deum corda cum manibus elevent. Quanquam potissimum Litanie ista principio instituta sunt, ut tum popu-

*Jps de v.  
Jacob. ult.  
3 Reg. 17.*

populus, divina institutione admonitus, clementiam Dei exoret, quo pestes, clades, calamitates, fames, bella, & id generis adversa, quæ nobis justissimo Dei iudicio ob peccata nostra infliguntur, ac sub id anni tempus, nempe Veris (quum bella emergere, atque terra fructus, qui tum in flore atque teneri adhuc sunt, facile corrumphi solent) potissimum imminent, avertat & tollat. Ut autem Ecclesia fiduciam erga Deum (quam orantes ac petentes habere necesse est) tum in nobis adaugeat, Heliam proponit, hominem nobis similem & passibilem, qui oratione oravit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex; & rursus oravit, & caelum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum. Quod si filius Helias, petens, exauditus est, num Christus Ecclesiae suæ preces aversabitur? Hic interim populus docendus est, quod non solum quæ animi, sed & quæ corporis & externa bona sunt, a Deo omnium autore postulare oporteat: & redarguendi illi, (haud ita multo, quam gentes, meliores,) qui vel fortunæ, vel suæ industriae, bona temporaria accepta ferunt.

CAP. VIII. Processiones intra septa Ecclesiarum peragendæ.

*Marc. II.*

Qvod Processiones per agros & campos peraguntur, rationem quidem habet; nempe quod populus oret, ut segetes ac fruges terræ a Domino conserventur. Verum, ut alia plurima, ita & hic mos, hominum malitia, depravatus est; quod per occasionem talis deambulationis, quæ Deo placendo erat instituta, pleraque sceleris committantur. Quamobrem Nobis satius videtur, ut haec alia supplications ac Processiones, de cætero intra septa Ecclesiarum religiose fiant, ac ut in templo, loco precationibus peculiariter dedicato, oretur Deus, habeaturque tum pius, rei ac temporis conveniens, ad populum commonitorius sermo. Nostris tamen Suffraganeis liberum relinquimus, ut ipsi in suis Diocesis de hac re, uti mores regionis patientur, dispiciant.

CAP. IX. Admonendus populus, cur feriae institutæ.

*Apoc. I.*

Diligenter quoque populus admonendus est, cur feriae, & potissimum dies Dominicus, qui à temporibus Apostolorum in Ecclesia Dei semper celebris fuit, instituta sint. nempe, ut tum in unum omnes pariter convenirent ad audiendum verbum Domini, ad audiendum quoque Sacrum, & communicandum; breviter, ad vacandum Deo soli, ut dies illa tantum orationibus, Hymnis, Psalmis, & Canticis spiritualibus transfigatur. Hoc enim est sanctificare sabbatum.

CAP. X. In feriis soli Deo vacandum.

Q Vamobrem cupimus, hisce diebus prohiberi nundinas, claudi cauponas, vitari comedationes, ebrietates, sumptus, lites, lufus improbos, choreas plenas insanis, colloquia prava, cantilenas turpes; breviter, omnem luxum. Nam hisce & quæ hæc fere semper consequuntur, blasphemias ac perjurias, nomen Domini prophanatur, ac sabbatum (quod nos admonet, ut quiescamus perverse agere, & benefacere dicamus) contaminatur.

1fa. 1.

CAP. XI. Dies dedicationis templi, extra Coloniam, uno die ubique celebrandus; & quomodo sit admonendus populus.

E T, quum in diebus festis, qui dedicationi Ecclesiarum peculiariter dicati sunt, plerunque indigna committantur, adeò ut videatur populus tum potissimum comedationis cœla conveneri: visum Nobis est, ut per Dioceses Nostras, uno certo die anni, quo ejusmodi festum dedicationis in Metropolitanâ Nostra colitur, in reliquis quoque Ecclesiis omnibus, extra Civitatem nostram Coloniam Agrippinam constitutis, observetur. Nam intra Coloniam summo Nostro templo suus honos constare debet; quod & in aliis oppidis insignioribus, ubi una cæteris Ecclesiis præeminet, obtinere placuerit; videlicet, ut ibi minores Ecclesiae pridie ejus diei, qui dedicationi Ecclesiae summæ jus loci consecratus est, aut die Dominico proximo præcedente, suas singulæ dedicationes celebrent, observeatur. Docendus autem est populus, dedicatione templi significari dedicationem Ecclesiae Catholicae ac cuiuslibet hominis Christiani, qua copulatur Deo. Nam, ut divus Augustinus ait: Quotiescumque templi festivitatem colimus, si fideliter ac diligenter attendimus, & sancte & iuste vivimus, quicquid in templis manu factis agitur, totum in nobis spirituali ædificatione completur. Non enim est mentitus ille, qui dixit: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Et iterum: Nescitis quia corpora vestra templum est Spiritus sancti?

August.

I Cor. 3.

CAP. XII. Cur Tempia & Altaria consecrentur.

E X vetustissima institutione & more recentium est, Tempia & Altaria, & pleraque alia, quibus in templis ad excitandum fidelium animos, & divinum cultum excludendum, utimur, consecrari, solemnibusque precibus ac benedictionibus dedicari Deo. quod in veteri quidem Testamento præceptum etiam diuinum

c. Sicut  
non alti. c.  
Missarum  
solemnitas.  
c. Ecclesiæ  
de cons.  
diss. I.

vinum habuit ; quemadmodum Exod. 31, &  
2 Paralip. 22, legimus. Vngit præterea se-  
cundum Ecclesiasticam confuetudinem, quum  
consecratur Altare ; quum dedicatur templum ;  
quum benedicitur calix ; idque non solum ex  
mandato veteris legis , verum etiam exemplo  
beati Sylvestri , qui , quum consecrabat Altare ,  
illud Christi perungebat. Verum Vnctio-  
nis Sacramentum , aliud quidem efficit &  
figurat , tam in novo quam in veteri Testamen-  
to. Vnde non Iudaizat Ecclesia , quum Vn-  
ctionis celebrat Sacramentum , sicut aliqui  
mentiuntur , qui neque Scripturas neque Dei  
novere virtutem.

C A P. XIII. *Populus docendus , quid  
agatur & significetur in consecratione  
templorum & altarium.*

**Q**uamobrem populus docendus est , h̄c  
aliud agi , atque aliud significari , quum  
consecratur templum. Funduntur preces Do-  
mino , ut hunc locum sibi peculiariter dedica-  
tum esse velit , ut diabolum & ejus potestatum  
inde penitus expellat , ut omnes , qui huc de-  
precatur convenientiunt , ex quacunque tribula-  
tione consolationis Divinæ beneficia conse-  
quentur , ut ab omnibus , pariter convenienti-  
bus , Deo laudes solvantur , Divinum verbum  
audiatur , ac Ecclesiastica Sacra menta mini-  
strentur. Peculiariter Altare consecratur , ut  
illuc oblatio munda Deo offeratur , hoc est ,  
Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi ,  
quod in memoriam Passio nis Dominicæ im-  
molamus. Quod vero , præter preces , ad-  
spersionis etiam atque unctionis aliarumque  
rerum solemnia adhibentur , mysterii secretio-  
ris plenum est : non quod inanimata ista gra-  
tia Divina susceptiva sint ; sed , quum hæc vi-  
sibiliter fiunt , admonetur Christianus , Deum  
omnia hæc per invisibilem virtutem in anima  
operari , quæ est domus Deo dedicanda , ubi  
fides fundamentum facit , spes erigit , & chari-  
tas consummat. Signat ergo templi dedica-  
tio , tam fidelis animæ , quam Ecclesiæ , cum  
Christo desponsationem. Ipsa enim Ecclesia  
Catholica , ex multis vivis lapidibus adunata ,  
verum Dei templum est. Quod si Dei tem-  
plum sumus , altare intus habemus. Altare  
quidem nostrum , cor nostrum est. In hoc  
Altari fit sacrificium laudis. Sacrificium enim  
Deo , spiritus contributus & cor contri-  
tum. In hoc Altari fit commemorationis Cor-  
poris & Sanguinis Christi : hinc preces ad  
cælum ascendent : ad cor enim respicit Deus.  
Quamobrem , nisi omnia , quæ in hujuscemodi  
consecratione exterius aguntur , in nobis spi-  
ritualiter impleantur , parum hinc fructus no-  
bis accesserit. Quid enim exterior ablutio vel  
inunctio sine interiori prodest ?

2 Reg. 6.

x Cor. 3.  
6.

Psal. 50.

C A P. XIV. *Cur benedicantur Campanæ.*

**B**enedicuntur quoque Campanæ , ut sint  
tubæ Ecclesiæ militantis , quibus vocetur  
populus ad conveniendum in templum , & au-  
diendum verbum Dei ; Clerus vero ad annun-  
ciandum mane misericordiam Dei & veritat-  
em ejus per noctem , ut per illarum sonitum  
fideles invitentur ad preces , & ut crescat in his  
devotio fidei . quamvis etiam Patres alio re-  
spexerint , videlicet ut dæmones tinnitu cam-  
panarum , Christianos ad preces concitantium ,  
terreantur , quin potius precibus ipsi , territi ,  
abscedant , illisque submotis , fruges , mentes  
& corpora credentium serventur ; ut procul  
pellantur hostiles exercitus & omnes insidia  
inimici , fragor grandinum , procellæ turbini-  
num , impetus tempestatum & fulgurum tem-  
perentur , infesta tonitrua & ventorum flami-  
na suspendantur , spiritus procellarum & aëreæ  
potestates prosternantur ; breviter , ut , audiен-  
tes , configuant ad sanctæ Matris Ecclesiæ grec-  
ium , ac ante sanctæ Crucis vexillum , cui fle-  
bitur omne genu ; quemadmodum hæc in so-  
lemni benedictione Campanæ reperies.

Philip. 2.

C A P. XV. *Docendus populus , ut signa-  
tis potius , quam signis , inhæreat.*

**D**ocendus est ergo populus ab exteriori-  
bus ipsis , ut signatis potius quam signis  
inhæreat ac intendat. Quod & in omnibus  
aliis obtinet cærimonias ; alioquin parum ad  
pietatem profuturis. Nam , qui in exteriori-  
bus ipsis consistit , ac non potius illis admone-  
tur ut ad Deum respiciat , configuat , ac totam  
suam fiduciam in illum collocet ; huic citius  
externa ista in subversionem , quam ædifica-  
tionem , erunt.

C A P. XVI. *Quicquid in cærimonias  
ad abusum spectat , caute ac dili-  
genter vitandum.*

**Q**uamobrem , quicquid in ejusmodi re-  
bus ad abusum & superstitionem spe-  
ctat , & quo populus à Deo ad collocandum  
in externis ipsis aliquam fiduciam abduci pol-  
lit , prohibemus. Quale inter alia est , quod  
Sanctorum imagines cum indulgentiis & im-  
positione incertarum reliquiarum dedicantur ;  
quod quidam aqua , sale , cereis , ac herbis be-  
nedictis , in medicandis pecoribus , superstitio-  
ni abutuntur. Omnis quidem creatura per  
verbum Dei & orationem sanctificatur ; quem-  
admodum divus Paulus testatur. Ergo , quan-  
to res sacratior , tanto abusus ejus damna-  
bilius.

C A P.

Placit  
de cons.  
dist. I.

I Tim. 4.

## CAP. XVII. Cur reconcilietur templum aut cæmeterium.

**R**ECONCILIATOR Ecclesia aut cæmeterium ob seminis emissionem, peccandi libidine factam; itidem ob enormem sanguinis effusionem, dedita opera violenter & injuriose commissam, ac aliis quibusdam de caulis; qui mos ex Levit. 14, & 15 suam originem trahit. Fit autem haec reconciliatio, non quod templum revera polluantur; Ecclesia enim, quum sancta sit, coquinari non potest; immo ipsius loci sanctitas, infamiam loci abolet: sed, quum templum locus sit, ubi delictorum venia postulatur, ubi salutaris Hostia pro peccatis immolatur, ubi Deo laudes exolvuntur, ubi tutela refugii esse debet; sit, ut scandulum, horror, atque abominationis turpitudinis & peccati, ibi commissi, propositum quoque & voluntas letaliter delinquentis, in causa sint, ut sacer locus reconcilietur; idque ad exemplum & terrorem; ut, videntes, locum sacrum seu inanimatum templum, nullo peccato obnoxium, lavari & purificari, delicti horrore concutiantur, & recognitent, quantum, pro expiatione delictorum, vivo Dei templo fit elaborandum. Sic Christus ementes & vendentes è templo ejicit, flagello facto de funiculis; ipsos acerrime corripiens, ac dicens: Domus mea, domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam speluncam latronum. aliud quidem agens, aliud verò innuens.

Matt. 21.  
Ioan. 2.

## CAP. XVIII. Quæ pollutio reconciliationem requirat.

**N**ON tamen omnis pollutio hanc reconciliationem requirit, sed tantum publica vel per rei evidentiam, vel saltem per famam. Quod si occulta sit contaminatio; quæ etiam Baptismi ac Pœnitentiæ sacramenta non remoratur; solemnitas non exigitur; quod ratio reconciliationis in occultis non habeat locum.

## CAP. XIX. Quorum sumptu &amp; expensis reconciliatio facienda.

**R**ECONCILIATIONEM autem ejusmodi gratias fieri, ac tamen itineris sumptus Vicariis nostris in Pontificalibus suppeditari volumus. Qui quidem sumptus ex Bonis delinquentis delumentur; modo tamen tantæ illius facultates sint; si secus, Parochiani non gravabuntur vel tantillos sumptus itineris suppeditare, ne populus præter culpam suam gravetur. Ne vero diutius, ob talen pollutionem, Divinum suspendatur Officium, aut Ecclesiastica intermittatur sepultura; Vicarius Noster in Pontificalibus, statim ut vocatus fuerit à populo, (modo gravioribus rebus id temporis non fuerit implicitus) ultro ibit, Officium suum expleturus.

## CAP. XX. Immunitatem Ecclesiasticam in duobus potissimum sitam esse.

**I**MMUNITAS Ecclesiastica, vetustissima res est, Iure pariter Divino ac humano introducta; quæ in duobus potissimum sita est. Primum, ut Clerici, illorumque possessiones & bona, à vectigalibus & tributis, aliquique muneribus Laicis libera sint. nam (ut de libertate Levi-tarum fileamus) non temere refert Scriptura, Pharaonem totam terram Ægypti sibi tributariam fecisse, præter terram Sacerdotum, & possessiones quæ à rege traditæ fuerant eis, quas vendere non sunt compulsi: quin potius ipsi etiam statuta cibaria ex horreis publicis præbabantur, ut legimus Genes. 47. Deinde, ne rei criminis, ad Ecclesiæ confugientes, inde violenter extrahantur; exceptis publicis latronibus qui per industriam proximum occident, ac nocturnis depopulatoribus agrorum, qui itinera obsident aggressionum infidiis; denique his, qui sub immunitatis spe in Ecclesiæ ac cæmeteriis delinquent. Quod si à confugientibus ad Ecclesiæ paria his commissa sint crimina, quæ reipublicæ referat puniri; tandem si faltem debet secularis potestas à manuum injectione abstinere, donec Nostrorum consulari Officiales, ne devenire necesse sit ad cessiones à Divinis & interdicta, quæ visum est antecessoribus Nostris, ob violationem ejusmodi immunitatis, editis constitutionibus promulgare.

## CAP. XXI. Quemadmodum Fraternitates reformandas sint.

**F**ATERNITATES, quæ vocantur, & in honorem aliorum Sanctorum in Ecclesiis fiunt, speciem quidem pietatis habent; sed, quales hac tempestate servantur, nempe in quibus tam Clerici, quam Laici, potissimum confessionibus & ebrietatibus vacant, interdum etiam variis conspirationibus adversus potestates intenti sunt, si non omnino sublatas, saltem correctas ac reformatas volumus. Omnino sublatas malimus; ac, reditus seu census earundem, vel in usus pauperum vel Parochi, expendi, Nobis magis placuerit. At, cum haec Sodalitates forsitan præter publicum offendiculum, ac pauperum (qui ab eis Eleemosynas ex constitutione accipiunt) præjudicium, commode tolli non possint; videbimus inter visitandum, ut saltem tollantur abusus, ut prima servetur institutio & examinentur formulæ earum & statuta, ut ratio ac calculus singulis annis per Provisores (ut vocant) earundem Fraternitatum coram Parochis Ecclesiasticis reddatur, ut superextantes fructus ac reditus in pauperum seu Ecclesiæ usum ac utilitatem convertantur, aut etiam inde aliquid Parocco ad victimum decidatur.

PARS

Ex Conc.  
Latera, c.  
non mi-  
nus. Ex  
generali c.  
ad versus.  
de immu-  
Eccles.  
Ex Conc.  
Tolet. 3. c.  
Ecclesi-  
rum se-  
nos. 12.  
q. 2.  
Gene. 47.  
c. inter  
alia. cap.  
immuni-  
tatem. de  
immu. Ec-  
cles.  
Ex Gangr.  
c. si quis  
per super.  
30. difit.

## P A R S D E C I M A.

C A P. I. *De vita ac conversatione  
Monastica.*

**V**ita Monastica non multo post Apostolorum tempora cœpit; quanquam multis persuasum sit, aliam tum fuisse, quam nunc est, Monachismi rationem; nemo tamen negaverit, hoc vitæ genus ad perfectiōnem Euangelicam maxime accommodum, modo secundum sanctissimam institutionem pure immaculateque obseretur. Quia vero res est quam maxime ardua, in carne vivere, & carnis itinoris nullum locum dare, diabolique mille fraudibus (quibus præsertim solitarios aggreditur) feliciter semper resistere; idcirco in hoc vitæ genus nemo vel invitus intrudens, vel pelliciendus, vel temere fufciendus; sed, summa cura adhibita, post diligentissimam demum examinationem, Monachi ac Monachæ recipiantur. Quibus sepe inculcandum est prius Christi verbum de Eunuchis, qui se castrarunt propter regnum cælorum, quum inquit: Qui potest capere, capiat. proponenda Sapientis sententia, qua habet in hæc verba: Altiora te ne quæsieris, &c. rememorandum quoque diligentissime, quod Deo stulta & infidelis promissio admodum displateat. breviter; admonendus omnis, ad hanc vitam adspirans, ut primum se totum excutiat, ne provinciam fufcipiat cui non sufficerit; alioqui parabolæ Euangelicæ dictorio notandus, quod cœperit ædificare, & non potuerit consummare. Maxima autem cautio adhibenda est in pueris, propter sexus fragilitatem: ne, vel ob ætatem delit voluntas, vel metus adsit, aut alijs affectus minime Christianus.

C A P. II. *Neminem Monachismi professione temere alligandum.*

**C**erte sancti Patres admodum fuerunt solliciti, ut, non nisi voluntario ac spontaneo iudicio, virginitatis propositum atque habitus fufciperentur; quod coacta servitia Domino ingrata esse dinoscantur: siquidem voluntarie Domino sacrificandum est; & voluntaria oris sui beneplacita fieri in conspectu Domini, Psalmographus obsecrat. Quod enim quis non eligit, nec optat: quod non optat, nec diligit: quod non diligit, facile contemnit. Vnde consequitur, nullum esse bonum, nisi voluntarium; adeò ut, qui alio affectu, quam bonæ voluntatis, Monachismo se alligant, magis peccent quam mereantur. Ambigi enim non potest, crimen magnum admitti, ubi & propositum deseritur, & consecratio violatur. Nam, si humana facta non possint impune

*Philo.**August.**Matt. 19.**Ecclesi. 3.**Lucas 14.**c. pueri  
12. quæst.  
2. c. præ-  
fens 12.  
quæst. 2.**Psalm. 118.**c. 1. de  
regula.*

calcari, quis de eis manebit, qui corruerint federa Divini Sacramenti? De adolescentibus viduis Paulus pronunciavit, quod, quum fuerint luxuriatae in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. <sup>1 Tim. 5.</sup>

C A P. III. *Admonendi parentes, ne  
liberos invitatos in Monasterium  
detrudant.*

**A**dmonendi quoque erunt parentes, ne liberos in Monasterium invitatos detrudant; quod illos Væ longe gravius maneat, quam Phariseos, qui circumibant mare & aridam, ut facerent unum profelytum, &c, quum esset factus, fiebat filius gehennæ duplo magis quam ipsi. <sup>Matt. 23.</sup>

C A P. IV. *Quo affectu Monastica  
vita amplectenda.*

**Q**ui Monasterium ingreditur, alio affectu quam simplici amore Dei ductus; veluti vel spem vel promissionem Abbatiam consequendi habens, vel in otio vivere affectans, vel lucris temporalibus inhiens, vel honores ab hominibus appetens; quisquis talis est, non Dei filius aut Monachus, sed plane mercenarius est; quemadmodum superius Nos de Clericis etiam dixisse meminimus; cui, verendum est, ut, quum volet ingredi nuptias Euangeliæ, objiciatur illud: Amice, quomodo huc intraisti, non habens vestem nuptialem? quodque, ipso obmutescente, rex fit præcepturus ministris, ut, ligatis manibus & pedibus, ipsum in tenebras exteriores mittant, ubi erit fletus & stridor dentium. <sup>Matt. 22.</sup>

C A P. V. *In Monasteriis habendus, qui  
doceat legem Domini.*

**H**abendus est in virorum Monasteriis virius ac doctus, qui doceat Monachos, ab adolescentia meditari in lege Domini die ac nocte. ad quod munus, in Monasteriis Monialium, sanctimonialis, ceteris vita & doctrina præstantior, deligatur. Debet autem, qui Monasterio præstet, summa discretione uti, maxime erga eos, quos compererit Divinis literis intentos aut contemplationi deditos, ut scilicet tales à fôrdidioribus officiis finat esse immunes.

C A P. VI. *Verbi prædicatorem in Mo-  
nasteriis esse oportere.*

**I**n Monasteriis quoque verbi prædicator erit pius quidem ac eruditus: nam nulla ar-  
matura

*Matth. 4.* matura fortior ad resistendum diabolis infidiis ac jaculis, quam gladius ille spiritus, quod est verbum Dei; quo Christus, in deserto folidarius, jejuniis & orationibus vacans, & nihil feci tentationibus diabolis expositus, retudit omnem diaboli fraudem ac nequitiam. nihil quoque potentius illo ad deiciendos, ac vicissim consolando animos nostros, nihil efficacius ad concitandum mentem in amorem Dei, contemptum mundi, ac omnium quæ in mundo pulchra ac speciosa apparent.

CAP. VII. *Monachi bona indolis ad Academias mittendi.*

**N**eque Nobis displicerit, ut aliquot ex Monachis' bonæ indolis, ad Universitates publicas & bene Christianas, aliquot annos Theologicis studiis operam navaturi, mitterentur; illuc tamen non alibi, quam in Monasteriis seu Gymnasio, sub cura & oculis præceptorum commoraturi; ne, bonis ac rectis studiis destinati, mores minime monasticos imbibant ac contrahant.

CAP. VIII. *Moniales non esse alligandas, ut nulli quam suo (ut vocant) Patri aut Præposito confitentur.*

**S**int prætere in Monasteriis, virginum præfertim, præter Abbates aut Præpositos, alii conscientiarum examinatores ac à confessionibus. Aut saltem virginibus liberum sit, bis aut ter in anno aliis (quos elegerint) probis ac doctis viris, de suorum Superiorum (ut vocant) consensu (quem hi, interpellati, rationabiliter causâ intellecta, nequaquam negabunt) conscientias suas exomologeli exponere exonerareque; ne scilicet adiugatur Monialis, rentis, semper uni homini delicta confiteri. Debent autem hi, qui ejusmodi munere in Monasteriis Monialium funguntur, esse homines vita probatissimæ, ac morum quam maxime inculpatorum, eruditi ac singularis judicii, observaturi ea, quæ supra, ubi de Pœnitentiæ Sacramento tractatum est, delibavimus. Cavebit autem is in primis, criminum non confessorum remembrance; ne virgines dicant, quæ prius nescierunt. Cavebit præterea, nisi res omnino exegerit, duritatem incrementationis, magis intentus ad modestissime argendum, & pientissime vicissim consolandum. Confessiones autem Monialium non privatim audiet, sed in cæterarum conspectu; non tantum ut omne malum, sed & omnis mali suspicio omnino cesseret.

CAP. IX. *Mutatam esse paulatim faciem Monasteriorum, ac usurpatum hospitiij jus, simul cum accessu, moderandum.*

**M**onasteria; olim virtutum scholæ ac pauperum hospitalia erant: nunc, proh

dolor, videmus ea, quæ virorum sunt, è scholis virtutum, in diversoria militum ac raptorum, quæ verò mulierum sunt, in plerisque locis in suspectas de incontinentia domos (ne quid gravius dicamus) esse commutata. Quam obrem dispiciendum Nobis est, ne tam passim à quibusvis militibus hospitiij jus à Monasteriis vi exigatur, & Eleemosynæ, pauperibus deputatae, improborum luxu devorentur, neve ad Monasteria Virginum accessus, toties à scris Canonibus prohibitus, patet: & ut, qui deprehensi præter hæc fuerint, offendiculum aut occasionem illis labent, sive intra sive extra Monasteria, dedisse, dignas peccas ferant.

*c. I. de  
immu. Ec-  
clis. c.  
Monast. de  
vit. &  
hone. b.  
Cler.*

CAP. X. *Visitatio Monasteriorum necessaria.*

**V**isitatione ergo Monasteriorum quam maxime opus esse, intelligimus; quam & Canones nobis imponunt. In hoc vero oportet omnia ad Regulam Ordinis Monastici exigere, nihil non ad pietatem & vitæ sanctimoniam dirigere, & quicquid mali exemplo aut improbae confuetudinis irrepit, penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoque hic, examinari Regulas, statuta & confuetudines, tolli superstitiones.

*c. in fin-  
gulparag.  
Porro  
Dixit. de  
santu.  
Mona-*

CAP. XI. *Sumptuosi Monialium Præpositi abrogandi, & frugales economi constituendi.*

**H**abent quædam Monialium Monasteria sumptuosos Præpositos, sub quorum potestate quum omnis Boworum administratio sit, ipfi de redditibus Monasticis luxuriantur; & qui Monasticæ conversationis exemplum esse debuerant, ad mundi delicias revoluuntur; fastidientes interdum similam & melia; interim Monialibus ipsis viii milio & cibario pane rugientem ventrem saturantibus. Sunt quoque Virginum Monasteria, ubi non est vietus & mensa communis, sed mos ille (quem ad Corinthios scribens Paulus, quamvis in longe sacratori convivio, damnavit) quotidianus, nempe quod unaquaque suum cibum præsumit ad manducandum; & alia quidem esurit, alia vero ebria est. Quos abusus tollere necessarium putamus; videlicet, ut, in illorum delicatulorum Præpositorum locum, probi economi, à Nobis comprobandi (quorum vietus sit Monastico similis) surrogentur; qui etiam obligati erunt singulis annis rationem de receptis ac erogatis integrum reddere.

*Hieron.  
I Cor. II.  
c. Osius. 9.  
q. 3. c. qui  
relig. 17.  
q. 2.*

CAP. XII. *In Monasteriis Monialium, viatum ac mensam communem esse oportere.*

**I**Tidem ut Moniales viatum ac mensam communem ubique habeant, & quæ pari sunt

P

sunt officio destinatae, pari etiam cibo alantur. Quod ut quam minime onerosum sit, non debebunt plures in Monasterium Moniales recipi, quam congrue poterunt in singulis Monasteriis sustentari; de quo Nobis prius legitimam fidem fieri conveniet.

C A P. XIII. *De Præpositis solitarie commorantibus.*

**D**isplicet etiam Nobis, quod quædam Monasteria quosdam Præpositos habent, qui in Capellis solitarii commorantur; quod Lateranensi Concilio vetitum est, ac cautum, ut Episcopus Abbates, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam compellat, ut ejusmodi Præpositos aut Priors ad Claustrum revocent, faciantque Ecclesiis ipsis seu Capellis per Seculares Clericos deserviri, aut saltem alios Monachos ipsis adjungant.

C A P. XIV. *Visitandæ domus fratrum Teutonicorum, divi Ioannis Baptiste, & Antonitarum.*

**V**isitandæ quoque in primis & reformatiæ erunt domus Hospitalium militum Teutonicorum, præterea Ordinis divi Ioannis Baptiste, ac Antonitarum; atque initio providendum, ut in iisdem dominibus cultus Divinus rite ac debite peragatur, ut hospitalitas pro pauperibus servetur, ut vita ac conversatio Regularis secundum institutionem primam ac Regulam (quam illi professi sunt) illic geratur; ut ab ipsis vestes, Ordini ac Professioni dignæ ac convenientes, publice deferantur; ut commissationes, crapulæ, ac omnis luxus prohibeatur; ut prædæ illæ Bonorum mobilium, qua post mortem Prælatorum per Primores Ordinis fieri, ac in exteris regiones deferri, pessimo omnium exemplo conlueverunt, amodo nequaquam fiant: sed, quicquid parsimonia defuncti Prælati coacervatum ac relictum fuit, vel necessariis usib[us] Ecclesiæ aut successorum aut pauperum ejus regionis ubi religiosa ista donum sita est, applicetur.

C A P. XV. *De vita & conversatione Monachorum.*

**E**t, ut revertamur ad Monachorum vitam, haud ignorare debent, Concilio Chalcedonensi cautum, Monachos oportere quieti operam dare, jejunia & orationes observare; in his locis, in quibus se semel Deo devoverunt, remanere; nullas Ecclesiasticas seu Seculares actiones tractare; nunquam sua Monasteria relinquere, nisi forsan ob ingentes necessitates id facere a suo Episcopo jubeantur; ne nomen Domini blasphemetur. Quare libertas illa peregrinandi seu execundi, præ-

textu invisendi parentes, moderanda seu penitus tollenda erit.

C A P. XVI. *Monachorum studia atque exercitationes quales esse oporteat.*

**M**onachus & Monacha amare debent Scripturarum scientiam, & carnis virtutem non amare; Psalterii librum de manu aut oculis nunquam deponere; semper orare, sensu vigilare; vanis cogitationibus aditum præcludere, corpore pariter & animo in Deum tendere; iram patientia vincere: breviter; nullis animi perturbationibus (que si infederint, ad delictum maximum inducunt,) locum dare; semper aliquid operis facere, ut eos diabolus semper inveniat occupatos. Et, ut nulla sint quæ manibus operari licet, libros tamen facios describere ipsis maxime conveniret, ut & manus operetur cibos, & lectione anima satiatur. Propterea Ægyptiorum Monasteria hunc morem servasse leguntur, ut nullum Monachum absque opere & labore suscipiant, non tam propter victus necessaria, quam propter animæ salutem, ne perniciose cogitationibus vagarentur, neve, instar fornicanis Israël, omni transiunti divaricarent pedes suos.

C A P. XVII. *Monachos vagos sub custodiâ revocando.*

**M**onachi qui pervagati fuerint, ubiunque invenientur, tanquam fugaces, Nostro auxilio sub custodiâ revocentur. Et, si qui habitum abjecerint, ut eundem reassumant, cogendi.

C A P. XVIII. *Literas privatas Monacho aut Monachæ, injussu Abbatis, resignare non licere.*

**V**itæ Monachi seu Monachæ literas nullas vel destinare vel recipere audeant, absque Abbatis seu Abbatissæ, aut ejus, qui ipsorum loco Monasterio præst, scientia, summatione olim constitutum est, sed per incuriam abolitum: id præsenti constitutione innovandum censuimus.

C A P. XIX. *Canonistarum secularium mores reformati.*

**P**ostremo, vitam, conversationem ac mores Canonistarum, quæ Seculares ob id appellantur quod perpetuae castitatis ac reliqua vota monastica non emittant, reformati omnino ducimus necessarium. Nam vitam agunt plus nimio licentiosam, ac plerisque scandalosam. Quæ ut in ordinem & Ecclesiasticam quandam disciplinam, quoad fieri potest, revocentur, Nobis, quum visitationem aggrediemur, curandum est.

P A R S

*Ex Later.  
Concil.*

Hieron. ad  
Rufi.  
Mon.

c. mon.  
quam de  
conf. dif.

3.

## P A R S V N D E C I M A.

C A P. I. *De Hospitalibus & Orphanotrophiis, aliisque id genus piis locis.*

**N** On solupi Canonicis constitutionibus, sed & Imperialibus ac Regalibus institutis, antiquitus pientissime sancitum est, ut habeantur quam fieri potest frequentia in Repub. Xenodochia, Prochotrophia, Orphanotrophia, Gerontocoria & Brephotrophia, & id genus alia loca pietati consecrata, in quæ recipientur peregrini, pauperes, invalidi, senes, parentibus orbati atque inopes liberi, infantes expositi, furiosi, leprosi, contagiosique ac perpetui morbis obfisi, atque aliae miserabiles personæ. Idcirco curæ Nostræ imminebit, ut ejuscemodi loca, ubi constituta sunt, farta tecta teneantur; ubi vero dissipata sunt, instaurentur, reformaturque; denique, ubi necdum constituta sunt, Episcopali Nostra providentia ædificantur, conseruanturque. Pauperum enim curam nobis

*Matt. 26.* Christus præcipuum esse voluit; & horum *Marc. 14.* 2 Cor. 8. meminit divinissimus Paulus Apostolus.

C A P. II. *In Hospitalibus in primis animæ curandæ, deinde corpus.*

**H** IC ante omnia curandum Nobis est, ut in domibus istis, quæ ad salutem animarum pertinent, minime negligantur, sed ante omnia de Sacramentorum administratione, pauperibus, debilibus & ægrotis, provideatur; ac, ubi corporis infirmitas medicum postulat, ibi prius animæ, deinde corporis medicus acceratur.

C A P. III. *In Hospitalia qui recipiendi.*

**I**N ejuscemodi autem Hospitalia nullæ aliae quam eæ, quas diximus, miserabiles personæ, quæ aut morbo aut debilitate aut ætate impeditæ, suis manibus laborare viçtumque ac vestitum sibi comparare non possunt, recipientur; quas ad Ecclesiasticam disciplinam Canones pertinere, ac Nostris aliorumque piorum hominum largitionibus viçtitare, voluerunt.

C A P. IV. *In Hospitalia pauperes ejus loci, ubi constituta sunt, potissimum recipiendos, maxime contagiosis morbis implicitos.*

**I**N primis autem recipientur in hæc Hospitalia personæ miserabiles ejus loci, ubi Hospitalia constituta sunt. Quod si recte curatum

fuerit, sufficerint penè (nisi tamen fallamur) jam constituta Hospitalia omnibus vere pauperibus, per singula oppida ac vicos repertis, ut amodo illis non fuerit necesse ostiatim panem emendicare, aut eos, qui lepra seu alio contagioso morbo impliciti sunt, inter homines diversari; quod lege Divina, ne fiat, prohibitum legimus; nec immerito; quod, ex tali commixtione ac conversatione cum sanis, infinita pericula subsequantur, etiam ex solo adspectu; qui intuentibus horrorem solet incutere. Quod si leprosis, aliisque qui simili bus morbis impliciti sunt, Hospitalium, quibus addicuntur, redditus non sufficerint, satius est, ut ipsorum nomine, in Conventu Ecclesiæ, Eleemosyna per aliquot viros probos, ad hoc munus deputandos, colligatur ac præstetur, atque ut trunci in templis, Eleemosynis ipsis colligendis asservandisque, erigantur, quam ut ipsi morbos, alimonia petenda obtentu, aut quoconque alio prætextu, consortiis hominum milceantur.

*Num. 12.*

*Cod. de mendic. val. li. 12.*

C A P. V. *Mendicantibus validis Hospitalia clausa, & mendicitatem interdictam esse oportere.*

**S**INT autem Mendicantibus validis non solum Hospitalia clausa, sed & publice ac ostiati mendicare penitus interdictum. Et, qui fecus agere comperti fuerint, arceantur, ac legalibus Nostrisque constitutionibus comprehensis, penis subdantur. Ut ilius enim esuriens panis tollitur, si, de cibo securus, justitiam neglat, quam eidem frangitur, ut, seductus, injustitiae acquiescat.

C A P. VI. *Magistrorum Hospitalium pravi affectus damnantur.*

**D**AMNAMUS autem abusum, quo in quibusdam locis fit, ut, neglectis miseris ac inopibus quibus Hospitalia dedicata sunt, ex privato affectu Magistrorum aut Magistratum qui Hospitalibus hisce præsunt, non modo validi, sed & quibus victus & vestitus suppetit, recipientur; tantum quod illic commodius & in otio vivat: qui certe aliter censerri non possunt, quam pauperum deprædatores, raptoreisque, de alieno viventes, ac velut ex sanguine pauperum saginati. Quos divus Hieronymus gravissime increpat. Qui (inquit) ex bonis parentum & suis opibus sustentari possunt, si, quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium, judicium sibi manducant & bibunt.

*Hieron.*

C A P. VII. *Quam graviter peccent,  
qui ex pauperum victu se ditant.*

*Ioan. 12.* Viderint quoque hi Magistri ac Hospitalium praesides, ne Iudam imitentur, qui loculos (ex quibus pauperibus distribuebatur) ferebat, ac fur erat; ne, sicut ille, ita & ipsi pereant. Noverint ergo, se tali muneri addicatos, non ut sui, sed ut pauperum curam ge-

rant; quos neglexisse, occidisse est; quibus quid subtraxisse, sacrilegii instar est. Et, quod vigilantes in officio sint, singulis annis aut saepius, Magistratus ejus loci, presente Parochio, rationem de omnibus reddant. Non meum est (inquit Prosper) dicere, quantum peccatum est eorum, qui cibos pauperum sibi usurpant, &c., unde pauper vietur erat, praesumendo suscipiant.

## P A R S D V O D E C I M A.

C A P. I. *De Scholis, Typographis,  
ac Bibliopolis.*

**E**cclæsiae Reformatio à summis pariter & infimis, à capitibus simul & parvulis, ordienda est. Parvuli enim sunt, qui, succrescentes, in majorum locum, subinde decadentium, in Reipub. tam Ecclesiastica quam Secularis administratione succedunt; ut consequens sit, ab ipsis, prave ac nequiter institutis, Reipub. perniciem imminere. Quamobrem summopere refert, ut pueritia, quæ seges est omnium Rerum publicarum, in timore Domini ac bonis disciplinis edocatur. Id quod Dominus præcepit, Exod. 13, & Proverb. 6. Siquidem ea ætas, nullis aliis usibus accommoda, per id tempus colligere poterit & sibi & Reipub. luculentum frumentum. In primis autem opera precium Nobis videtur, ut clancularii illi magistelli, qui in conventiculis vicatim docent, prohibeantur; utque Gymnasia illa ac Scholæ minores, in quibus pueri primis rudimentis imbuuntur, diligenter repurgentur, præfectis illis Didascalis seu Præceptoribus, non tam eruditis, quam, sanæ doctrina, integraeque ac inculpata vita viris; idque hac potissimum tempestate, qua innumeræ pestilentes herefes totam fere Germaniam, summo cum Christianismi ac Reipublicæ detrimento, justo Dei iudicio pervadunt, ac velut cancer serpunt: quas cum pueri semel inbiberint, difficile, immo impossibile, erit, ut easdem penitus iterum eluant. Nam, Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu.

*Horatius.*

C A P. II. *Scholæ inter visitandum re-purgandæ, ac instituendæ.*

Quemadmodum verò Didascali pueros in Clases digerent, quæ dein ipsis prægent, tam ad eruditionem quam ad vitam Christianam recte instituendam pertinentia, Nos inter visitandum pro ratione cujuscunque Scholæ trademus.

C A P. III. *Apud singulas Ecclesias ha-bendus vir eruditus, qui Clericos ejus Ecclesiæ instituat.*

**O**lim Conciliari constitutione cautum est, ut non solum apud quamlibet Cathedram Ecclesiam, sed & apud alias, nimis Collegiatas, quarum sufficere potest, facultates, constituar Magister idoneus, qui Clericos earundem Ecclesiarum doceat & instituat. Apud Metropolin autem Theologum haberi præceptum est, qui Sacerdotes ac quoscunque alios in Sacris literis doceat, & in his præsertim instituat quæ ad curam animarum pertinere dinoſuntur. Visum etiam Concilio fuit, ut singulis Magistris unius Præbenda proventus, tantisper quoad in docendo perstiterint, assignentur. Cujus quidem saluberrimæ constitutionis vix vestigia quedam apud ejusmodi Ecclesias reliqua videmus. Nam, ut Scholas ipsas reperias, Didascalum tamen vix ullum eruditum ac pium repereris; quod nihil penè stipendii (ne dicamus unius Præbenda proventus) illi suppeditetur. Quod emendatione magna indiget. Neque enim hæc res levis momenti est; à qua totius promedium Reipublicæ tum salus tum pernicies dependet.

C A P. IV. *Qui huic viro viatum suppeditabunt.*

C Vrandum itaque, ut singula Collegia ludos literarios diligenter instituant, eisque de idoneis ludimagistris ac sumptibus propiciant; ubi Collegia non sunt, Senatus & Republica idem curet.

C A P. V. *Quemadmodum Academiae instaurari ac studia ali possint.*

A cademias seu Universitates publicas, per hanc hæresum colluviem, perire milere cernimus; quas instaurari maxime in votis est. Id fieri posse Nobis videtur, si modus aliquis inveniatur, quo pauperibus Scholasticis ex Ecclesiasticis stipendiis aliquid possit decidi: (Cle-

(Clericos enim illos convenit Ecclesiasticis stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla bona suffragantur;) quo insuper Professoribus, atque his qui in bonis litteris, optimis quibusque disciplinis, ac in primis Theologiae studiis, multum proficissent, spes premii fieret: nam spes alit artes.

CAP. VI. *Pium votum ad studia sublevanda.*

*Concil.  
Basil.*

ET, quanquam hic articulus à summo Pontifice potissimum pendere videatur, tamen, quod in Nobis est, cuperemus, omnes ordinarios collatores, præterim Parochialium Ecclesiarum, huc induci posse, ut Academæ potestatem facerent, significandi subinde ipsis viros literatos, ad regendum Ecclesiæ ejusmodi idoneos, quos ipsi collatores quibusunque aliis non idoneis præferrent, ac Parochiis, quum vacarent, præficere non differrent, modo tamen personaliter residere non detrectarent. Quod si idem apud Collegiatas Ecclesiæ (qui mense ordinario Canoniciatus & Præbendas conferunt) obtineri possit, non dubium, id plerisque ad studia capillenda calcar fore non exiguum.

CAP. VII. *Decretalem Honorii Tertii, quoad ejus fieri potest, renovari equum esse.*

*& super  
specul. de  
Magis.*

Rætere non parum hoc fecerit, si Honorii Terti Decretalis servetur, nempe ut Canonici Ecclesiarum Diœcesis Nostræ Coloniensis dociles, ad studia, potissimum Theologiae, per Capitula transmittantur, percepturi toto quinquennio Beneficiorum suorum fructus, non obstante aliqua contraria consuetudine vel statuto; quum denario fraudari non debeant in vinea Domini operantes; de quo dictum est partim superius. Ex his enim tandem spes non vana concipi possit, aliquando futurum, ut doctorum copia habeatur, quod veluti stellæ valerent plurimos ad justitiam erudire, & temporis successu Ecclesiæ Dei universalem in vita ac doctrina reformatum.

CAP. VIII. *Quid curandum in Academiis.*

Neque ignoramus, multa ac diligent pro vihone opus esse in Academiis; qua in primis curare necesse erit, ut optimi quique libri in singulis professionibus ac disciplinis per doctissimos Professores statis diebus ac horis vigilans et prælamentur, enarranturque: deinde, ut Scholasticis vivendi regulæ præscribantur; nempe ut bonis disciplinis vacent, à pompis, coemulationibus, ebrietatis, aleæ ludis, dissensionibus ac rixis, abstinent; ut prodigi esse definant, ac quisque se suo modulo metiat, & factum omnem ac doctrinas supercilium deponat; nec incipient esse Magistri, priusquam fiant discipuli. Quot enim sunt, qui Magistrorum ac Doctorum insignia ambiant, & per ambitum extorquent, etiam qui nunquam eam artem, quam post magisterium profitentur, vel à limine salutant? quod quam turpe ac indecorum sit, nemo ignorat.

*Hieron.*

CAP. IX. *Nihil imprimendum aut vendendum, nisi revisum prius.*

Rætere, quum, per abusum artis impreforiæ, librorum plurimum malorum emergerit; prohibemus, ne ulli Typographi aut Bibliopolæ, quempiam recens editum librum aut chartam vel imprimant vel venum exponant vel vendant publice vel occulte, nisi hic liber revisus, & charta, vel scripturam vel picturam continens, per Nostros ad hoc deputatos commissarios diligenter perspecta sit prius, quæ & Typographi nomen & cognomen complectantur, atque eam Civitatem seu oppidum, in quibus excusa sunt, nominatum designant; quæ verò his caruerint, nullo pacto venum exponantur. Porro Typographi, Bibliopolæ, ac reliqui librorum institutores ac geruli, qui huic ordinationi contravenerint, præter confiscationem librorum, penis etiam legalibus ac Pragmaticæ constitutioni Augustanae subjacebunt. Contra quos in territoriis Nostris Fiscalis Noster acerrime inquire, ac ad justarum pecunarum declarationem procedere non omitteret.

*Pragmæ.  
August.*

PARS DECIMA TERTIA.

CAP. I. *De Iurisdictione Ecclesiastica contentiosa.*

**A**nte annos non admodum multos, Reformationem Iurisdictionis Nostræ Ecclesiasticae editi curavimus; per quam ita temperata ac moderata omnia speramus, ut nemo de ea jure queri possit.

CAP. II. *Excommunicationis origo & præcipuus usus.*

NE autem quispiam Excommunicationis Ecclesiasticae originem ignoret, primus Excommunicationis in Ecclesia usus, qualis fuerit, Paulus primæ ad Corinthios quinto manifeste ostendit; ubi Corinthium, publice cum noverca fornicantem, tradit Satanæ

in interitum carnis, ut spiritus ejus salvus fieret in die Domini nostri Iesu Christi: non tantum exemplo indicans, sed & expressim jubens, ut, qui ejuscemodi sunt, è medio Ecclesie ejiciantur. Si is (inquit) qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum ejuscemodi nec cibum sumere permitto. Quin, ante discipulum, ille qui solus vere Magister est, Christus, ejuscemodi Excommunicationis ulum Matthæi 18 docuit. Quem optamus in Ecclesiam revocari, ac frequentissimum esse; nempe ut tales, publice ac enormiter peccantes, ne aliis offendiculo sint, & notati tandem resipiant, extra communio-nem Sacramentorum ac vitæ communis ponantur, donec, ad cor & Ecclesiæ gremium reverfi, suum reatum deplorent. Divus sanc-tus Paulus gravissime Corinthios increpat, quod incestum illum tantisper paterentur. Omnino (inquit) auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui quis habeat. & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio veltrum, qui hoc opus fecit. non est bona gloriatio veltra. nescitis, quia modicum fermentum totam massam corruptit? expurgate ergo vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis Azymi; & cætera, quæ sequuntur. Quod si denunciationem Eu-angelicam (qua nulla res salubrior esse potest, & quæ nobis non tantum facienda suadetur, sed præcipitur) frequentaremus, & Apostolica præcepta mordicus tencemus, rariores pro-fecto in cœtu Nostro haberemus adulteros, raptiores, homicidas, & id genus alios publice criminosos, propter quos blasphematur no-men nostrum inter gentes, & scandalizantur multi inter nos infirmiores.

*1 Cor. 5.**Matt. 18.**Esaïas 52.  
Rom. 2.**I Reg. 15.*

### C A P. III. Cur passim in omnes inobe-dientes Excommunicationis Censura disstringi cœperit.

**I**Am dudum verò cœpit Excommunicationis in omnes inobedientes disstringi: quod qua-fi peccatum hariolandi sit, repugnare, & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere.

### C A P. IV. Usus Excommunicationis, in pu-blice criminosos, in lucem revocandum.

**V**Sum ergo Excommunicationis, præser-tim adversus publice criminosos, in lu-cem revocari convenerit: deinde posthac in aliis causis Excommunicationis tantum in mani-feste contumaces feratur.

### C A P. V. Quid cavendum in decernen-da Excommunicationis Censura.

**C**Avebit autem in primis Iudex, ne hanc aliasve Censuras Ecclesiasticas, vel ex in-

justis vel ex levibus causis, vel Iuris Ordine non servato, vel ex odio fomite, proferat un-quam. Quum enim Excommunicatio poena sit, qua nulla major est in Ecclesia; nec sit ex-communicandus quis nisi pro peccato lethali, quod anathema sit æternæ mortis damnatio; nec infligenda veniat nisi his qui alter corrigi non possunt: debebit Iudex non ante excom-municare quempiam, quam cognoverit, id vel causæ gravitatem, vel ejus, qui extra communio-nem ponendus est, apertam contumacia-*Ex Conc. Melden, S. Alver, c. nemo. &c. nullus facter. II. q. 3.* *Ex Conc. Lug. c. I. de sen. ex commu. in 6.*

### C A P. VI. Excommunicatos vitando.

**V**Olumus autem, ut hæc Censura ab omni-bus (jure non tantum humano, sed & Divino id ipsum postulante,) timeatur: utque excommunicati, in familiari conversatione vi-tentur, & à nemine recipiantur; quemadmo-dum antiquissima Concilia, sub gravis reatus incurru, id ipsum fieri præceperunt.

### C A P. VII. Non passim, contra omnes delatos, per Fiscales inquirendum.

**P**Rocuratores Nostri Fiscales adversus ne-minem inquirant, nisi quem legitima ac frequens gravat infamia; non quidem à male-voli & maledicis, sed providis & honestis, ju-stitiæ zelo commotis, suborta: quam si non probaverint, condemnentur ipsi, non autem inquisiti, in expensis. Neque enim speciem aliquam æquitatis habet, quod ab innocentibus, absolutis, quippiam, expensarum nomine, extorqueat: alioqui calumnia & injusta dif-famatio mercedem (quod absit) haberent. Valeant ergo alii malevoli delatores, depecu-latores famæ, ac Reipub. pestes. Neque enim ad petitionem eorum, qui libellum infamatio-nis porrigunt, in occulto inquirendum est su-per criminibus in eodem descriptis; quum in-quisitio fieri tantum debeat super illis, de qui-bus clamores aliqui præcesserint.

### C A P. VIII. Manifeste criminosi, pro quaëstu nequaquam ferendi.

**N**Olumus autem, ut Concubinarii, aut alii manifeste criminosi, ullo modo pro quaëstu, aut pecuniae emungenda causa, feran-tur tolerenturque; aut ut pœna pecuniaria pro criminibus passim imponantur; quod res mali exempli sit, crimen pecunia redimere: sed Reformationis Nostre constitutio, quæ de Officio Sigilliferi postrema est, servetur. Quod si interdum vel personæ delinquentis, vel delicti qualitas, pœnam pecuniariam impo-ni postulaverit, hæc in pios tantum usus con-vertatur, ne magis avaritiæ quam correctio-nis causâ exacta videtur.

*C A P.*

**C A P . IX.** Clerici , gravissimorum criminum rei , secundum Canonicas sanctiones puniendi .

**C**lerici , in gravissimis criminibus deprehensi , juxta Canonicas sanctiones puniuntur . Expedit enim , ut , publice delinquentes & Ecclesiam Dei scandalizantes , publice quoque arguantur & puniantur . Quamobrem tales , vel à Nobis deprehensi , vel extra territoria Nostra per Magistratus capti , ac Nobis juxta sanctiones Canonicas traditi , dignam sui sceleris poenam recipient . Quod si tam grave fuerit , ut degradatione dignum sit , faciemus , ipsoſ curiæ tradi Seculari ; ne Clericali privilegio gaudeant , quo se per flagitia reddiderunt indignos .

**C A P . X.** De Testamentis insinuandis , approbandis , ac exequendis .

**I**N Concilio Moguntino sancitum est , ut hæredibus , qui iussa testatorum non admiserint , ab Episcopo loci illius , omnis res , quæ eis relicta est , interdicatur , cum fructibus & emolumentis ; ut vota defunctorum adimplantur . Quamobrem Procuratores Nostræ Fiscales in Diœcesi Nostra Colonensi advigilabunt , ut Testamenta , maxime Ecclesiasticarum personarum , privilegiis Ecclesiarum Nostrarum majoris salvis , intra anni spaciū executioni mandentur ; utque intra idem tempus executores testamentorum legitimū calculum reddant . Quorum etiam Testamentorum insinuationem approbationemque intra triginta dies à morte Sacerdotis peti volumus atque obtineri , nisi ratioq;abilis causa longiorē dilatationē exposcat in præmissis . Dispiciet auter Sigillifer Noster , ut , si quid , in quempiam stultum aut jure prohibitum usum , temere relatum sit , in pium convertatur .

**C A P . XI.** Bona Presbyteri , ab intestato defuncti , in piam causam convertenda .

**V**bi Sacerdos Nostræ Diœcesis Coloniensis mortuus est intestatus , Bona ipsius , præter Patrimonialia quæ hæredibus cedunt , deducto ære alieno & funeralibus , in piam causam , pro defuncti animæ salute , convertantur .

**C A P . XII.** Portio , quæ Archiepiscopo solvitur , minime gravis .

**E**A portio , quæ Nobis , ut Archiepiscopo , secundum rationem bonorum (extra quæ tamen Patrimonialia immobilia sunt ,) deducto c. Offic. de ære alieno , ex more & speciali conventione testa . cum Clero Nostro inita , debetur , nemini gravis esse potest ; quod major Episcopo secundum Canonicas sanctiones portio , quam ea est quæ ex remissione nostra Nobis solvitur , debeatur .

**C A P . XIII.** Iuramentorum facilis exactio in judicis refrenanda .

**M**Ultiplex illa & facilis Iuramentorum exactio , quæ in judiciis Ecclesiasticis fit , Nobis probari non potest . Christus inter perfectionis hortamenta ponit & illud , ut in totum abstineamus ab omni jurejurando . Quo colore ergo consuetudo nunc passim jurantium in omni negotio excusari possit , non videmus , nisi aut gravitate negotii aut necessitate . Crebris juramentis raro deest perjurium ; quod gravissime punit Deus . Quamobrem monemus Causidicos , ne tam faciles sint in exigendis malitiæ ac aliis juramentis . Compertum enim habemus , quosdam esse tam male Christianos , qui in re tam seria ludant , ac juramenta interdum exigant , quibus prestitis credere nolint . Ne dicamus , quosdam eò vefaniae prolabi , ut jusjurandum exigant , quod malint suspicari , præstanto violatumiri , quam vere reverenterque adhiberi . Quo laqueo quis perniciosior esse potest ? Admonebit igitur Officialis Noster Causidicos atque alios , juramenta exigentes , ut ea , quæ judicarii processus solemnitas necessario non requirit , remittant ; utque memores sint , eandem manere penam temere exigentem , quæ manet frustra præstantem juramentum .

**C A P . XIV.** Formula inquirendi hereticos delineanda .

**Q**Uum hæresum ac schismatum in præsen- tiarum plena sint omnia , videbimus ope- ræ precium facturi , si , communicato cum In- quitoribus Apostolicis consilio , formulam quandam inquirendi , juri consentaneam , ac tantum negotium decentem , minimeque capioſam , præscribamus . Quamobrem ea de re Nostris Iurisperitis mandabimus .

## PARS DECIMA QVARTA.

C A P. I. *De Visitatione ac Synodis Episcopalis Archidiaconibusque.*

Matth. 5.

**V**um frumenta sint in Civitate leges, nisi & sint qui eas exequuntur; itidem institutiones Canonicas inefficaces & languidas esse oporteat, nisi ab Episcopo & reliquis, quibus ea cura demandata est, & quodammodo viva lex sint, qui & in Evangelio nuncupantur sal terrae, mancipentur effectui: idcirco visitatione per nostram Diocesim Colonensem opus est, quam Deo auctore per nostrum in Pontificalibus Vicarium, ac ipsis adjunctos viros juxta pios ac doctos, quibus plenam dabimus in his spiritualibus ac Ecclesiasticis rebus ordinandi potestatem, aggrediemur, eodemque adjuvante Deo peragamus.

C A P. II. *Quo ordine Visitatio instituenda.*

**E**x superioribus vero liquet plus satis, quo ordine Visitatio instituenda sit. Siquidem imprimis ab Ecclesiis nostris Metropolitana ac Cathedrali inchoandum: dehinc singulæ Collegiatæ, simul cum Monasteriis & virorum & mulierum, invisitare: post hæc ad Parochiales Ecclesiæ omnes, in nostris Civitatibus ac Diocesibus constitutas, (ubi maxima cura opus erit,) transeundum: ibi non solum Parochi, sed alii etiam (quotquot ibidem commorantur) Sacerdotes ac Clerici advocandi. Atque interim non prætermittendæ Scholæ & Bibliothecæ, ubi illæ reperientur: ac postremo Hospitalia pauperum diligenter perlustranda erunt.

C A P. III. *Quæ ubique corrigere oporteat.*

**V**æ vero oporteat ubique sciscitari ac investigare, quæ corriger ac repurgare, quæ statuere ac ordinare, superiores constitutiones abundè docent.

C A P. IV. *In primis reformandos esse Decanos.*

**V**obis ad Cathedrales & Collegiatas Ecclesiæ attinet, prima cura erit in reformatis Ecclesiarum Prælatis, maximè Decanis. Qui si cœci fuerint, consequitur necessario, ut hi, quibus ducatum præstant, simul in foveam trahantur ac cadant. Quod enim ab illis committitur, facile ab aliis trahitur in exemplum.

C A P. V. *Inquietos, & Prælatis rebelles, corripiendos.*

**E**t, quoniam alicubi tanta est Cleri disfolutio, ut Prælatis, quantumvis bonis ac eruditis, neque suus honor neque autoritas servetur, intendentes Visitatores nostri animum, ut inquieti corripiantur. Qui corripi & obediens nolunt, censura Ecclesiastica secundum culpæ modum percellantur, donec resipuerint.

C A P. VI. *In Monasteriis quomodo abusus percipiendi.*

**I**n Monasteriis facile percipientur abusus, modo Regula Ordinis relegantur, interroganturque qui illis præsunt, num illis scilicet simul cum nostris constitutionibus per omnia satiat.

C A P. VII. *In Visitatione Parochiarum quid agendum.*

**V**bi ad Parochias ibitur, debet Parochio ac populo, paucis ante diebus, adventus Visitatorum significari, quo tum omnes expediti adfint, ac publicæ saluti intendant, denique ea Sacramenta ac munera, quæ per solum Episcopum administrantur, expurgati & præparati recipient.

C A P. VIII. *Habenda concilio per Visitatores.*

**N**ec videbitur inutile, ut Vicarius noster in Pontificalibus, seu alius ex Visitatoribus nostris Theologus, concionem ad populum habeat; eundemque de omnibus, de quibus utile videbitur, ex divinis Scripturis per Dei verbum admoneat.

C A P. IX. *Interrogandus Parochus, quo titulo ministerium gerat.*

**I**nterrogandus deinde Parochus, num ipse principalis rector sit, aut Vicarius mercennarius; an ordinaria autoritate admissus, necne, ubi Vicarius præstet Parochia, videndum quo privilegio absit Parochus principalis.

C A P. X. *De vita, moribus, & doctrina inquirendum.*

**D**einde investigandum de vita, moribus, ac doctrina; quo pacto verbum Divinum disseminer, ac Sacramenta Ecclesiastica administret; &c, num omnia calleat quæ ad officium suum spectant. Vbi vero minus fuerit instructus, erudiatur, maxime in his quæ ad dispensationem Ecclesiasticorum Sacra-

men-

mentorum attinet, præfertim poenitentia. Subinde inquiratur, num in his deses aut negligens interdum sit; & num illi necessarius & honestus vietus suppetat, seu digna stipendia exolvantur. Nam si competens vietus deficerit, ad eum modum (uti supra diximus) procurandus erit, aut ad Nos referendum.

CAP. XI. *De habitu, tonsura, ac reliquis externis videndum.*

V Idendum deinde de eruditione, habitu, tonsura, ac familiari conversatione: honestas familie exploranda; libri quoque omnes inspiciendi; qui si nothi aut suspecti erunt, auferandi ac tollendi sunt.

CAP. XII. *Num heresis quepiam serpat, diligenter investigandum.*

I Nsuper investigandum erit diligentissime, num in tota Parochia ullus haereticus aut schismaticus delitescat, num heresis aliqua serpat: atque hic apponenda securis ad radicem, ut seducti, per verbum Dei in viam veritatis & Ecclesiæ unitatem reducantur; qui contumaces fuerint, è cœtu cæterorum tollantur.

CAP. XIII. *Num agantur alia, que cum Dei & Ecclesiæ institutis pugnant, discidiendum.*

P Ræterea, num in Parochia superstitiones, sortilegia, divinationes, atque alia id generis, quibus mentes à Deo vivo per diaboli fraudes leduntur, exerceantur; num perjuria, blasphemia, adulteria, & similia crimina, ob quæ iratus Deus in nos gladium iræ suæ vibrat, publicè committantur; num Ecclesiasticae Censuræ contemnuntur; num sint, qui Parocho obedire floccifaciant, qui Sacraenta Ecclesiæ non participant; item, num festi dies & jejunia Ecclesiastica rite obseruentur.

CAP. XIV. *De puerorum institutione, & Hospitalium cura, querendum.*

D Einde videndum, quo pacto pueri instituantur, qui præterea sint Scholis præferti. Hospitalium quoque cura haud prætermittenda.

CAP. XV. *Vitia quibus assueverint Parochiani, acriter corrigenda ac refrenanda.*

D E vitiis, quibus Parochiani vel maxime assueverint, inquisitio facienda, ut per Visitatores verbo Divino ab his populus avocetur.

CAP. XVI. *De Officio Parochi inquirendum.*

D Enique expicandum, num Parochus dividuum Officium in Ecclesiæ, canendo le-

gendoque, rite gerat, num sacrum Baptisma, itidem facrosanctam Eucharistiam cum Christate, secure ac decenter custodiat, num vestes & reliqua ornamenta, quibus in Divinis Officiis utimur, mundè asservet; num ipse, aut qui Ecclesiæ Proviniores appellantur, templum sarcum teatum curent; num sacræ Altaribus suis honos impendatur; num ruinis domus Parochialis occurrat; num de rebus Ecclesiæ alienationes faciat, atque his similia, quæ Visitatoribus Nostris pro eorum circumspetione & prudentia facile occurrent, & ex constitutis Nostris, quæ ubique pro loci ac personarum ratione rememorari debebunt, suppeditabuntur.

CAP. XVII. *Synodus Episcopalis anno bis habenda.*

E T quoniam Visitations istæ generales per singulas Parochias absque magno sumptu singulis quibusque annis frequentari haud possunt, saluberrime sanctum est in antiquissimis Canonibus, bis per singulos annos in singulis Provinciis Concilium fieri: ut prius ante dies Quadragesimæ habeatur, videlicet quo omnibus, si quæ sunt, simulatis bus amputatis, mundum solemneque Deo munus possit offerri; secundum vero agatur ante tempus Autumni, in quo si, communī omnium consensu, rationabiliter comprobato, secundum Ecclesiasticam Regulam, duo vel tres, animositate ducti, per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia Sacerdotum.

CAP. XVIII. *Quid agendum in Synodo Episcopali.*

I N his ergo Conciliis, anno bis, de omnibus apud Metropolitanæ, Cathedralium, Collegiarum, Monasteriorumque Prælatos, & præfertim Archidiaconos, ac quos vocamus Decanos Rurales, qui vocati sunt in partem sollicitudinis Episcopalis, per Vicarium Nostrum in Pontificalibus ac Officiale disquisitio diligens fiat; & quæ ex illorum iudicio reformatione opus habere comperientur, communī consilio emendentur.

CAP. XIX. *De Synodis Archidiaconalibus ac Ruralibus.*

D Enique Archidiaconi, qui Episcoporum oculi dicuntur, ac Decani isti Rurales, in suis deinceps Synodis quæ fancita fuerint, in Provinciali seu Episcopali Concilio publicabunt. Et ad eundem modum (qui in Visitacione præscriptus est) vitii extirpandis ac virtutibus inferendis studeant, criminibus publicis, magis per poenitentias Canonicas, quam pecuniae exactione, puniendis intenti.

Nice. c. 3.  
Anti. c.  
20. Con-  
stan. c. 3.  
Chalcedo.  
c. 19. c.  
sicut olim.  
de accu-  
sata.

CAP.

CAP. XX. *Officiales Archidiaconorum,  
& Decanos Rurales, viros graves  
esse oportere.*

**Q**uod ut recte ac prudenter fiat, Archidiaconis nostris incumbit, ne ullos indigneos Officiales aut Decanos Rurales deligant aut admittant, sed ad has functiones viros tantum assument, cum doctrina praestantes, tum vita innocentis inculpataque, qui, nullius crimini labe notabiles, Officium suum irreprehensibiliter exequantur.

CAP. XXI. *Synodi Archidiaconales  
antiquitatem quandam prese ferunt.*

c. T. de  
off. arch.  
Hunc  
Canonem  
renarrat  
B. Rhena-  
mus in  
procario  
Tertul.

**E**x vetustissima quadam inquirendorum criminum formula relicta est, ut Archidiaconi anno bissexili circumneant, & peccata enormia emendent; quæ sequitur in hæc verba: In Concilio publico, ab Episcopo habito, primitus jurare debent de villis singulis fidelissimi quique, liberi & servi, tres vel quatuor, seu etiam plures, ut rei veritas omnino inquiratur. Iuramentum autem illud hujuscemodi esse debet: Quicquid in villa, in qua habitat, veraciter sciat, vel serio audierit actum contra fidem rectam & Christianitatem, Episcopum aut ejus nuncium, quantum recordari possit & scientia subministrat, non lateat. Post juramentum vero Episcopus per singula numerare debet, quæ prius juramento comprehendit, hoc est: Si vir, super uxorem suam, aliquam clanculo corrupit: Si cum duabus cognatis, five mulier cum duobus propinquis fornicata sit: Si commatrem spiritualem aut filiolam suam stupro violavit: Si qua mulier partum suum necavit, vel conceptum quounque modo excusit: Si quis cognatum suum voluntate aut casu occidit, seu morbidum fecit, & neandum ad publicam penitentiam venit: Si mulier maritum suum, aut maritus uxorem suam, iniquo consilio intererit: Si quis virum aut foeminam veneno, aut aliqua alia potionem, occidit, & qui hoc, scilicet veneno, machinatur: Si sciat divinatrices vel augures, etiam illos qui per incredulitatem illas inquirant: Si sciant meritices, quia meretrice appellatur; si, uno contempto, cum aliis fornicatur, licet nupta non sit: Si illos etiam sciant, qui cum excommunicatis communionem habent: Si illos sciant, qui convicti sunt perjurium perpetrasse; Si & illos noverint, qui loca, Deo non dicata, contra fidem Ecclesiasticam colunt, & ad Christi Ecclesias venire contemnunt: Illos etiam si sciant, qui indictum jejunium negligunt. Hæc omnia dum Episcopus habet recitata, juratores per juramentum

commoneat; cæteros vero omnes, nobiles & ignobiles, per Bannum Christianitatis constringat, ut supradictas res minime celent, ac si in die judicij, ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, rei occultatione præfatarum rerum nefandarum inveniantur. Hoc enim indicet & per Bannum contestetur, ut nemo, per ullius timorem aut favorem vel etiam amicitiam, præfata reticeat, veraciter scita. neque per odium, neque per inimicitiam ullam, quicquam alicui irroget, quod veraciter non possit probare. Horum aliqua si antea in præfencia Episcopi allata esent, ejusque judicio terminata, postea iterata comperta fuerint; velut in initio, referantur, & Episcopali decreto constituantur.

CAP. XXII. *Abusus in Synodorum Archidiaconalium ac Ruralium observatione.*

**P**raescripta quidem formula, quam antiquitatis causa retulimus, succesiū temporis in abusum, quod negare non possumus, deducta est; quod non fidelissimi quique, sed leves delatores, non qui veraciter sciant, aut serio audiverint, idque à probatis, neque uno tantum, sed pluribus, hisque fide dignis minimeque malevolis; sed frequentius absque omni deleitu, vel leves ac futilis, vel invidi ac rapaces calumniatores, delationi comperiantur adsciti; quodque pro manifestis criminibus non Canonica penitentia, sed pecuniaria potissimum multæ à delinquentibus fuerint exactæ, permisis interim delinquentibus, haud præter grave populi offendiculum, in publica scelerum infamia perseverare.

CAP. XXIII. *Inter visitandum  
abusus corrigendi.*

**Q**uæ omnia magna correctione indigent; quam, volente ac adjuvante Deo, inter visitandum adhibebimus; nimur curatur, ut viris exploratæ virtutis tantum hoc Officii delegetur.

CAP. XXIV. *Procurationem suo officio recte fungentibus pendi, equum esse.*

**H**is autem, qui Synodo præficiendi sunt, Ex Contra Lateran. sumptus necessarios (quam Procuratio- Ex Contra gener. Ex Contra gen. cum Apa folis. t. procuratio tiones de censibus.

comprehensione non sunt, (sunt autem pleraque, non minorem quam ea quæ correximus, castigationem postulantia) ea secundum sacrorum Canonum censuram, partim in Visitatione, partim in futuris Synodis Episcopalis, Deo dante, emendare diligenter admitemur.

Canonum Concilii Provincialis Coloniensis, Anno  
M D XXXVI celebrati, Finis.